




494.133



Res 14133 (8)

MORALIS CHRISTIANA

EX SCRIPTURA SACRA,
Traditione, Conciliis, Patribus,
& insignioribus Theologis

E X C E R P T A.

In quâ positis & statutis principiis generalibus
deducuntur consecaria;

Quibus casus conscientiae sigillatim explicantur.

Auctore R. P. JACOBO BESOMBES, Doctore
Theologo, Congregationis Doctrinæ Christianæ,
& in Provincia Tolosana ejusdem Congregatio-
nis præposito Provinciali.

*Quisquis hæc legit, ubi pariter certus est, pergit tecum;
ubi pariter hæsit, querat tecum; ubi errorem suum
cognoscit, redeat ad me, ubi meum & respice me, et
ita ingrediamur simul charitatis viam, tendente ad
eum, de quo dictum est: Querite faciem eius sem-
per. Aug. lib. de Trin. 3.*



Apud G. ROBERT, Liberalium Attium Magistrum
& Typographum, in vico Sanctæ Ursulæ.

M D C C XI.

Cum Approbatione & Privilegio.

1800 N.Y.

O R D O.

Quot sunt partes juris Canonici veteris , & quomodo citari soleat.	313
Quot sunt partes Juris Canonici novi & quomodo citari soleat.	314
Explicantur Breviatæ Juris Canonici citatio- nes.	318
De Jure Canonico novissimo , & quomodo citari soleat.	319
Quomodo utendum sit Jure Canonico in re- solvendis Casibus Conscientiæ.	320
Quid sit Jus Civile.	321
Quomodo citari soleat Jus Civile.	322
De Vero usu Casuistarum,	324

O R D O

- Other first battle since Caponni's accession 25
dissolved army 30
Other than battle since Caponni's now 26
other wars since 1616 316
Last quarter of last year 318
The last Caponni's surviving, & domineering
cardinal 320
Other methods of the Caponni's 320
Divine Comedy's Controversy 321
Other of the Caponni's 322
Other who left before the Caponni's 323
D'Avila the Spanishman 324



ORDO.

*Erum, que in hoc Octavo Volumine
Continentur.*

- P Roemium totius Voluminis. pag. 1
- T R A C T A T U S I. De Scriptura Sacra. 3
- Quid sit Scriptura, & quæ ejus certitudo. ibid.
- Quid circa Scripturam scire debeat Moralis Theologus. 4
- Quotuplex sit sensus Scripturæ. ibid.
- Quæ scitu sint necessaria ad alièquendam intelligentiam sensus litteralis. 5
- Referuntur variæ notationes circa nomen, pronomen, verbum, &c. Quæ inserire possunt ad intelligendum sensum Scripturæ, expressum per verba propria & non figurativa. 6
- D e verbo sumpto quoad temporum mutationem. 20
- D e variatione temporis præteriti apud Hebreos. 21
- D e Variatione futuri apud Hebreos. ibid.
- E xempla, in quibus præsens ponitur pro futuro. 22
- E xempla, in quibus præteritum ponitur pro futuro. ibid.
- E xempla, in quibus imperativus ponitur pro a

O R D O.

- futuro. 23
Exempla , in quibus optativus ponitur pro futuro. *ibid.*
- De Syntaxi Bibliis vulgatæ editionis propria.** 24
- De vario casuum regimine Bibliis vulgatæ editionis proprio.** 26
- Quæ necessaria sunt ad assequendum Scripturarum sensum latentem sub figuralibus locutionibus.** 28
- Quibus modis explicet Scriptura Deum , ejusque attributa.** 34
- Quibus modis Scriptura explicet perfectiones divinas per res materiales.** 35
- Quibus modis explicet Scriptura Christum , ejusque proprietates.** 37
- Quibus modis explicet Scriptura dona spiritualia , eorumque proprietates.** 38
- De variis gestibus & actionibus corporeis , quibus Scriptura utitur ad exprimendum res tum spirituales , tum corporeas.** 39
- Referuntur varia exempla , quibus Scriptura situm , gestum , aut habitum variatum retinum significat.** 41
- Quid præstandum sit morali Theologo , ut assequatur sensum litteralem Scripturæ.** 47
- Quomodo utendum sit Scripturā in resolvendis Casibus Conscientiæ.** 52
- Consectatio hujus Doctrinæ.** 54
- TRACTATUS II. De vero usu Conciliorum in resolvendis casibus Conscientiæ.** 66
- Quid & quotplex Concilium.** 67
- Brevis idea Chronologiæ & Geographiæ , quatenus conducunt ad Conciliorum notitiam. 68

O R D O.

Catalogus Romanorum Pontificum , in quo indicatur nomen Pontificis , quo anno in- cooperit , & quot annis Pontificatum te- nuerit.	71
Concilia Generalia Græca.	84
Concilia Generalia Latina.	85
Index Geographicus omnium Conciliorum ordine Alphabetico Latinè & Gallicè.	86
Synopsis Historica omnium Conciliorum Ge- neralium & Particularium.	124
Concilia primi sæculi.	125
Concilia secundi sæculi.	126
Concilia tertii sæculi.	128
Concilia quarti sæculi.	134
Concilia quinti sæculi.	157
Concilia sexti sæculi.	176
Concilia septimi sæculi.	190
Concilia octavi sæculi.	196
Concilia noni sæculi.	202
Concilia decimi sæculi.	216
Concilia undecimi sæculi.	223
Concilia duodecimi sæculi	238
Concilia decimi tertii sæculi.	247
Concilia decimi quarti sæculi.	254
Concilia decimi quinti sæculi.	25
Concilia decimi sexti sæculi.	259
Concilia decimi septimi sæculi.	262
Proponitur Methodus , quâ Concilia Gene- ralia & Particularia , & facilius addiscantur, & firmius retineantur.	263
Primum principium prædictæ methodi.	264
Secundum principium.	267
Tertium principium.	268
Quartum principium.	270
Applicatio Prædictorum principiorum.	271

O R D O.

- Quā methodo ad certa capita reduci possint
omnes Canones fidei in Conciliis Genera-
libus editi. 272
- Juxta prædictam methodum referuntur ea
omnia , quæ à septem primis Conciliis Ge-
neralibus circa fidem determinata sunt. 274
- Juxta eamdem methodum referuntur ea om-
nia , quæ à cæteris Conciliis Generalibus
usque ad Tridentinum inclusivè circa fidem
determinata sunt. 280
- Quā methodo ad certa capita reduci possint
omnes Canones fidei in Conciliis Provin-
cialibus editi. 293
- Quā methodo ad certa capita reduci possunt
omnes Canones ad mores pertinentes , sive
editi sint in Conciliis Generalibus , sive in
Provincialibus. 296
- Quā methodo ad certa capita reduci possunt
omnes Canones ad disciplinam pertinen-
tes , sive editi sint in Conciliis Generali-
bus , sive in Provincialibus. 297
- De vero usu Conciliorum in resolvendis Cas-
ibus Conscientiæ. 298
- Explicatur , quæ sint necessaria ei , qui sum-
ma Conciliorum uti voluerit , ad Casus
Conscientiæ resolvendos. ibid.
- Quæ sint scitu necessaria ad assequendum
Canonum intelligentiam. 299
- Explicatur , quid sit faciendum ei , qui uti
voluerit summâ Conciliorum , ad Casus
Conscientiæ resolvendos. 300
- TRACTATUS ULTIMUS De usu
Juris Canonici & Civilis , nec non Casuista-
rum. 310
- Quid sit corpus juris Canonici. 311

ORDO.

Eorum, quæ in serie secunda partis Sacramentorum continentur.

DE BAPTISMO IN PARTICULARI

i. pag.

Traditur & explicatur definitio Baptismi. *ibid.*
Baptismus est ceremonia sensibilis conferens gra-
tiam.

3.

Ergo est novæ legis Sacramentum.

4.

Ergo distinguitur ab omnibus figuris ipsum
prædicentibus, & ab omnibus ritibus Ju-
daicis ipsum præfigurantibus.

ibid.

Ergo distinguitur ab arca Noé, ab unda ma-
ris rubri, ab aqua Jordanis, ab aqua Ius-
trali, à Circumcisione, & præcipue à Bap-
tismo Joannis.

ibid.

Ergo male dicitur ab Hæreticis Baptismus esse
hæc omnia supradicta, & præcipue quod
sit Baptismus Joannis.

5.

Baptismus est ablusio facta in aqua sub hac for-
ma : *Ego te Baptizo, &c.*

7.

Ergo potest conferri vel per aspersionem, vel
per effusionem, vel per immersionem.

8.

Ergo aqua, per quam renascimur, intelligi-
tur de aqua propriè dicta & non Metapho-
rica.

ibid.

Ergo Apostoli Baptizantes in nomine Christi,
non ideò suppresserunt nomen Patris, &
Filii, & Spiritus Sancti, sed Baptizarunt,

Act. VIII.

9.

O R D O.

- vel addendo nomen Christi , vel autoritate Christi , vel Baptismo Christi. 9.
Ergo Baptismus non potest conferri in alio quocumque liquore , aut in alio quocumque nomine. 10.
Baptismus regenerat nos in Christo. ibid.
Ergo remittit omne peccatum originale & actuale , & quoad culpam & quoad poenam. ibid.
Ergo in Baptizatis nihil remanet quod subeat veram rationem peccati. 11.
Ergo concupiscentia & poenitentes remanentes post Baptismum non sunt propriè peccatum. 12.
Ergò malè dicitur ab hæreticis concupiscentiam esse propriè peccatum , & peccatum originale sopiri aut radi tantum. ibid.
Baptismus initiat & introducit in Christianam Religionem. 13.
Ergo producit characterem , quo distinguimur à non Baptizatis. ibid.
Ergo est necessarius his etiam , qui sunt imunes & mundati à peccato originali. 14.
Ergo bene asseritur B. Mariam & Apostolos recepisse Baptismum. ibid.
Baptismus regenerat in Christo , & initiat in Christiana Religione. 15.
Ergo debet dati in Ecclesia. ibid.
Ergo debet esse unus tantum. 16.
Ergo confert singulis pueris æqualem gratiam & æqualem characterem. 17.
Etgo absolute potest conferri omnibus. ibid.
Ergo potest conferri ab omnibus. 18.
De Confirmatione. 19.
Traditur & explicatur definitio Confirmationis. ibid.

O R D O.

- Confirmatio est cæmeronia sensibilis producens gratiam.* 21.
Ergo est verum novæ legi Sacramentum. *ibid.*
Ergo fuit à Christo instituta & ab Apostolis Ecclesiæ communicata. 22.
Ergo male dicitur ab hæreticis cæmeronia otiosa. 23.
Confirmatio est Chrismatio facta in fronte per Episcopum sub hac forma : Signo te signo Crucis, &c. 24.
Ergo materia adæquata Confirmationis est Chrisma & impositio manum. 25.
Ergo in collatione Confirmationis utraque illa materia adhibenda est. *ibid.*
Ergo ab Apostolis usque ad nos in Confirmatione adhibita est Chrismatio & impositio manuum. *ibid.*
Ergo Confirmationis est Chrismatio facta in fronte. 27.
Ergo unctio, quæ adhibetur in Confirmatione distinguitur à quacumque alia unctione. 28.
Ergo Confirmationis est Chrismatio facta in fronte ab Episcopo. 29.
Ergo solus Episcopus est minister ordinarius Confirmationis. *ibid.*
Ergo non repugnat quod ex delegatione Papæ simplex sacerdos sit minister extraordinarius Confirmationis. 30.
Confirmatio confertur apud Latinos sub hac forma : Signo te, &c. & apud Græcos sub ista : Signaculum donationis Spiritus sancti. 31.
Ergo utraque illa forma est maxime conveniens. *ibid.*
Confirmatio confert gratiam roborantem. 32.
ā ij

O R D O.

- Ergo confert septiforme donum Spiritus sancti. ibid.
- Ergo confert gratias actuales, quibus haec dona applicantur. 33.
- Ergo non incongruè Confirmatio vocatur à patribus, robur, perfectio, & consummatio Baptizati. ibid.
- Ergo illa gratia non potest suppleri neque per Eucharistiam, neque per aliam quamcumque unctionem. 34.
- Ergo timendum est iis, qui negligunt Confirmationem. 35.
- Confirmatio confert characterem, quo designamus milites Christi.* ibid.
- Ergo non potest iterari. 36.
- Ergo cæremonia, quā recipiebantur hæretici redeuntes ad Ecclesiam, erat mera cæremonia in his, qui fuerant confirmati, & verum Sacramentum in his, qui non fuerant confirmati. ibid.
- De Eucharistia quatenus Sacramento.* 41.
- Traditur & explicatur definitio Eucharistiae. ibid.
- Eucharistia est Sacramentum, in quo sub speciebus panis & vini significatur Corpus & Sanguis Christi.* 43.
- Ergo est signum rememorativum Christi olim passi, demonstrativum Christi realiter praesentis, & pronosticum Christi quondam beatificaturi. ibid.
- Ergo continet Christum & figurativè & realiter. 44.
- Ergo veræ sunt propositiones, quibus dicitur Christum esse in Eucharistia & figurativè & realiter: falsæ vero illæ, quibus assertur

O R D O.

Christum esse in illa tantum figurativè.

ibid.

Ergò Catholicè loquitur , qui dicit Christum esse figurativè in Eucharistia , modo non excludat realitatem ; hæreticè verò , si excludat realitatem. 45.

Ergo quando in scriptura aut patribus reperiuntur propositiones , quæ videntur negare realem præsentiam in Eucharistia , hæc propositiones intelligendæ sunt de Christo secundum statum naturalem considerato , & non secundum esse Sacramentale. 46.

*Christus est in Eucharistia realiter & substantia-
liter præsens.* 47.

Ergo realis præsentia Christi in Eucharistia , quantumvis captu difficilis , debet admitti à Calvinistis. 48.

Ergo hæc verba : Hoc est Corpus meum ; hic est Sanguis meus , non possunt in sensum figurativum detorqueri. 49.

Ergo licet ista verba : Ego sum ostium , vitis , via , lapis , leo , sint in sensu tropico accipienda ; non sequitur quod prædicta tropicè accipienda sint. 50.

*Christus est realiter in Eucharistia per trans-
substantiationem.* 51.

Ergo Christus potest esse in Cœlis circumscriptivè , & in pluribus locis Sacramentaliter. 52.

Ergo potest esse in hoc Sacramento totus in toto , & totus in qualibet parte. 53.

Ergo tandem remanet sub speciebus Eucharisticis , quandiu remansisset substantia panis. 54.

Ergo panis consecratus dici potest panis præ-
ā iij

ORDO.

- suppositivè, effectivè, & apparenter, &
non formaliter. *ibid.*
- Ergo terminus à quo transubstantiationis est
substantia panis, non ut annihilata, sed ut
convertenda in Christum; & terminus ad
quem est substantia Christi. 59.
- Ergo post consecrationem nihil remanet de
pane & vino, nisi species. 60.
- Missa est sacrificium. 61.
- Consecratio immediate sequentia ex hoc
principio. 63.
- De Pœnitentia.* 64.
- Traditur & explicatur definitio Pœnitentiae.
ibid.
- Pœnitentia est cæremonia sensibilis conferens
gratiam. 68.
- Ergo est verum novæ legis Sacramentum. 69.
- Ergo est Sacramentum distinctum à Baptismo.
ibid.
- Ergo male dicitur ab hereticis, quod nihil
aliud sit quam memoria Baptismi suscepti.
71.
- Ergo adulti Baptizati in peccatum lapsi hor-
tandi sunt ut ad pœnitentiam recurrent, &
non solum recordentur Baptismi suscepti.
ibid.
- Pœnitentia est Sacramentum à Christo institu-
tum ad remittenda peccata post Baptismum
commisa. 72.
- Ergo nullum est peccatum, quantumvis enor-
me, quod per Pœnitentiam, ne dum co-
ram hominibus, sed etiam coram Deo, ve-
rè remitti non valeat. 73.
- Ergo si in scriptura aut patribus reperiantur
phrases, quæ contrarium videantur exprimere.

ORDO.

mere, hæ expressiones non debent sumer
absolutè, sed sunt in benigniorem sensum
explicandæ. 74.

Ergo Pœnitentia potest & debet totiès itera-
ri, quotiès peccator sincerè doluerit. 75.

Ergo nulla umquam fuit lex, vel consuetudo-
universalis denegandi absolutionem in arti-
culo mortis, si peccatores signa darent
Pœnitentiæ, vel per se, vel per alios. 76.

Ergò si contrarium factum fuerit aliquandò,
ea consuetudo non viguit in universalis Ec-
clesia. Insuper hoc factum fuit, non despe-
ratione veniæ, sed vigore disciplinæ. 77.

Pœnitentia est tribunal judiciale, in quo pœni-
tens sibi se sacerdoti tamquam judici, ut ab
eo absolutionem obtineat. 78.

Ergo in Pœnitentia requiruntur quædam ex
parte sacerdotis, scilicet, autoritas, scien-
tia, & absolutio, & quædam ex parte pœ-
nitentis, scilicet contritio, confessio, &
satisfactio. 79.

Ergò prædicti actus ex parte pœnitentis ha-
bent rationem materiæ, & absolutio ex
parte sacerdotis habet rationem formæ. 80.

Ergo si desint illi actus pœnitentis & absolutio
sacerdotis, nullum erit Sacramentum. 81.

Absolutio potest solum impendi ab Episcopis &
sacerdotibus jurisdictionem ordinariam vel
delegatam habentibus. 82.

Ergo ad conferendam absolutionem requiri-
tur & potestas ordinis & potestas jurisdic-
tionis. ibid.

Ergo potestas ordinis nec amitti potest nec
suspendi, bene tamen potestas jurisdictionis.
84.

O R D O.

- Ergo jurisdictionis exercitium potest esse diversum, prout Ecclesia utilius judicaverit. *ibid.*
- Hoc probatur ex Historia Ecclesiastica. 85.
- Absolutio Sacramentalis non debet impendi nisi vere contritis, sincere confessis, & pro virtute satisfacere proponentibus. 86.
- De necessitate contritionis in Sacramento Pœnitentiae. 87.
- Nullus est casus, in quo Sacmentum Pœnitentiae possit esse validum & informe. 88.
- De necessitate confessionis Sacramentalis. 89.
- De necessitate satisfactionis. 96.
- Pœnitentia peccata commissa post Baptismum remittit absolute & non conditionate. 101.
- Ergo confert gratiam justificantem. 102.
- Ergo restituit omnes virtutis amissas. *ibid.*
- Ergo restituit bona opera mortificata & merita interrupta. *ibid.*
- Ergo restituit peccatorem in eod. jure, quod habebat ante lapsum. 103.
- Ergo per pœnitentiam homo habet & jus quod ei competit ante lapsum, & jus quod meruit per conversionem. *ibid.*
- Traditur & explicatur definitio Extremæ unctionis. 105.
- Extrema-unctio est ceremonia sensibilis conferens gratiam.* 106.
- Ergo est verum & propriè dictum Sacramentum. 107.
- Ergo hæretici male expugunt illam è numero Sacmentorum. *ibid.*
- Ergo nullæ rationes, quibus Dalleus vult probare eam non esse Sacmentum. *ibid.*

O R D O.

- Effectus Extremæ-unctionis est remissio peccatorum & sanitas corporis , si expediās.* 109.
Ergo Extrema-unctio ordinatur ad remittendā peccata non per se primò , nec per accidens , sed per se secundò. *Ibid.*
Ergo remittit peccatorum reliquias. 110.
Ergo alleviat animam. *Ibid.*
Ergo confert sanitatem corporalem , si expediat. *Ibid.*
Traditur & explicatur definitio ordinis. 111.
Ecclesia est sacra res publica , in qua est potestas ferendi leges , judicandi legis infractores & offerendi Sacrificium. 112.
Ergo in Ecclesia debet esse Sacramentum ordinis. 113.
Ergo tot debent esse ordines , quorū condūcunt ad decentem Euchatisticiæ Consecratio-nem. 114.
Ergo præter Episcopatum debent esse in Ecclesia septem ordines. *Ibid.*
Ergo septem illi ordines diei possunt Sacra-menta. 215.
Ergo nec debent recipi , nec exerceri solem-niter in statu peccati. 116.
Traditur & explicatur definitio Matrimonii. *Ibid.*
Matrimonium est contractus naturalis. 119.
Ergo quidquid impedit contractum naturale , impedit Matrimonium. *Ibid.*
Ergo quidquid impedit consensum , tollit ma-trimonium. 120.
Ergo quidquid tollit rationem vel libertatem , impedit Matrimonium. *Ibid.*
Ergo amentia , pueritia , ignorantia , error , fraus , dolus circa substantiam rei , passio-

O R D O.

- absorbens usum rationis , vis , metus impe-
diunt Matrimonium. Ibid.
- Matrimonium est Contractus civilis.* Ibid.
- Ergo debent in eo observari omnes solemni-
tates jure Civili requisitæ. 121.
- Ergo si defint illæ solemnitates, Matrimonium
erit vel illicitum , vel nullum. Ibid.
- Matrimonium est Contractus Ecclesiasticus &*
proinde Sacramentum. Ibid.
- Ergo non est res merè naturalis & politica:
122.
- Ergo licet non præferendum Cœlibatui , est
tamen in multis honorabile. 123.
- Ergo nulli per se prohibitum , nulli per se im-
peratum. 124.
- Ergo hæretici utrinque excedunt. Ibid;



SERIES SECUNDÆ PARTIS SACRAMENTORUM.

CAPUT SECUNDUM.

De Baptismo in Particulari.

ARTICULUS PRIMUS.

In quo traditur & explicatur definitio Baptismi.



BAPTISMUS varia habet nomina apud autores Ecclesiasticos. Primo dicitur *Sacramentum fidei*; quia in eo profitemur fidem. Secundo dicitur *Janua Sacramentorum*; quia per Baptismum initiamur in Christiana Religione. Tertio vocatur *Sacramentum Regenerationis & Illuminationis*; qua per illud Sacramentum regeneramur in Christo, & in eo, quiesceamur vera lux, illuminamur. Quartò vo-

Tom. VIII.

A

2 MORALIS CRISTIANA:

catur Sacramentum aquæ ; èò quod in aqua conferatur : idèò Baptismus sic potest definiri.

Baptismus est cæmeronia sensibilis conferens gratiam , in qua per ablutionem factam in aqua elementari sub hac forma : Ego te baptizo , In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti , homo Baptizatus mundatur à peccato originali & actuali , & in christiana religione iniciatur.

1°. Baptismus dicitur Cæmeronia ; quia certo ritu , qui sauctitatem denotat , administratur ; est enim ritus sacer receptus à Christo , exercitus ab Apostolis , & in Ecclesia continua traditione conservatus. 2°. Dicitur sensibilis ; quia in elemento sensibili , & in verbis sensibilitè expressis confertur. 3°. Dicitur Conferens gratiam ; quia non ob alium finem datus est à Christo , receptus est ab Apostolis , & conservatur in Ecclesia , quām ut per eam cæmeroniam gratia communicetur. 4°. Additur in qua per ablutionem factam in aqua sub hac forma , ego te baptizo , &c. Quia Christus voluit materiam baptismi à se instituti esse aquam elementarem , juxta illud : *Nisi quis renatus fuerit ex aqua , non potest intrare in Regnum Cœlorum* ; formam verò ejusdem baptismi voluit esse eam . quam ipsemet tradidit dicens : *Euntes docete omnes gentes , baptizantes eos In nomine Patris , & Filii , & Spiritus Sancti.* 5°. Dicitur , quod homo baptizatus mundatur à peccato originali & actuali ; quia baptismus ordinatur primatio ad remittendum peccatum originales , secundariò verò peccata actualia ; juxta illud Petri adultos alloquentis : *baptizetur unusquisque vestrum in*

DE BAPTISMO IN PARTICULARI. 3

remissionem peccatorum, & indicantis per hoc omnia peccata remitti per baptismum. Denum concluditur, quod per baptismum baptizatus iniciatur in Christiana Religione; quippe per baptismum homo fit Christianus, sicut per Circumcisionem homo siebat Iudeus.

ARTICULUS II.

De Baptismo, quatenus est Cæmonia sensibilis conferens gratiam.

PROPOSITIO unica. *Baptismus est cæmonia sensibilis conferens gratiam.* 1°. Quia nihil aliud intelligimus per Baptismum, quem in Ecclesia recipimus. 2°. Quia huic cæmoniæ Deus promisit gratiam, juxta illud: *qui crediderit & baptizatus fuerit salvus erit.* 3°. Quia Patres Baptismo attribuunt vim specialem producendi gratiam; etenim de Baptismo ita loquitur Origenes homil. 4. in Cantica. *In Baptismo, inquit, donatur remissio peccatorum.* Tertullianus vero lib. de resurrect. Caro abluitur, inquit, ut anima emaculetur. Cyprianus autem. lib. 4. Epistolarum Epis. 7. *In aquæ Baptismo, ait, percipitur remissio peccatorum.* Denum Basilius exhortatione ad Baptismum hæc habet: *Baptismus est... peccati mors, animæ regeneratio, amictus splendens, character irreprehensibilis, Ecclesiæ iter, Regni cœlestis Conciliatio; adoptionis gratia; ergo ex illis omnibus constat, quod Baptismus sit cæmonia sensibilis conferens gratiam.*

Baptismus est Cæmeronia sensibilis conferens gratiam.

Ergo Baptismus est novæ legis Sacramentum ; quia cæmeronia sensibilis , cui Christus alligavit vim conferendi gratiam , est Sacramentum novæ legis. Ideo dicit Florentinum instructione ad Armenos : *primum omnium Sacramentorum locum tenet Sanctum Baptisma , quod vitæ spiritualis janua est ; per ipsum membra Christi ac de corpore efficiunt Ecclesiae.*

Baptismus Christi est verum novæ legis Sacramentum.

Ergo Baptismus distinguitur ab omnibus figuris Baptisnum prædicentibus , & ab omnibus ritibus judaicis Baptismum Christi præfigurantibus. Primò , quia omnes istæ figuræ , & omnes isti titus ad legem Mosaicam pertinebant ; Baptismus vero pertinet ad legem Evangelicam. Secundo , quia figura quantumcumque perfecta sit , deber distingui à figurato ; ergo figura Baptismi deber distingui à Baptismo. Tertio demum quia Baptismus est verum novæ legis Sacramentum ; minimè vero ea , per quæ figurabatur.

Baptismus distinguitur à figuris ipsum prædicentibus , & à ritibus ipsum adumbrantibus.

Ergo Baptismus distinguitur ab Arca familiam Noë conservante , ab unda maris rubri Ægyptios absorbentis , ab aqua Jordanis Naa-

DE BAPTISMO IN PARTICULARI. 5

man leprosum mundantis ; differt etiam Baptismus ab aqua lustrali , à circumcisione , à Baptismo Joannis ; licet enim isthæc omnia quamdam cum Baptismo Christi habeant convenientiam , maximè tamen à Baptismo differunt ; Arca quippe liberavit ab aquarum diluvio ; Baptismus verò Christi à vitiorum Cœno ; Mare rubrum Ægyptios absorpsit ; Baptismus verò omnia sepelit peccata ; flumen Jordanis Lepram Corporalem mundavit ; Baptismus verò omnem mentis Lepram penitus abolet ; Aqua lustralis exteriùs solum abstergit ; Baptismus verò interius sanctificat ; Circumcisio præputium carnale tantum auffert ; Baptinus verò omnes tum peccati originalis , tum peccati actualis maculas omnino abluit ; Baptismus Joannis erat tantum *in aqua* , *in pænitentiam* prædicandam ; Baptismus verò Christi erat *in Spiritu Sancto et igne* in Sanctificationem producendam ; Baptismus Joannis præparabat ad remissionem peccatorum ; Baptismus Christi eam ipsam sanctificationem conferebat , inquit Theophilaetus in 1. cap. Joan.

Baptismus Christi distinguitur ab Arca Noë , ab aquâ maris rubri , ab unda Jordanis , ab aqua lustrali , à circumcisione , à Baptismo Joannis.

Ergo male dicitur ab hereticis isthæc omnia , & præcipue Baptismum Joannis esse idem cum Baptismo Christi ; siquidem isthæc omnia sunt infirma & egena elementa , Baptismus vero Christi Sacramentum est plenum

6 MORALIS CHRISTIANA.

roboris & efficaciam, & ut adstringamur ad solum Baptismum Joannis; uti se huic cærimoniam adstringunt hæretici: Baptismus Joannis juxta Justinum Martyrem, *Proemium erat Evangelii gratiæ*; Baptisma vero Christi est id, quo in Christiana religione initiamur, juxta illud: *quotquot Baptizati es sis, christum induisti*; id est Baptizati Baptismo Joannis rebaptizandi erant Baptismo Christi. Baptismus Joannis juxta Origenem erat expletio veterum, non inchoatio novorum. Ex Basilio in exhortatione ad Baptis. *Joannes... pœnitentia Baptisma prædicavit, Dominus autem adoptionis filiorum Baptisma longè præclarius annunia'*. Aug. lib. 2. contra Petil. cap. 34. Ubi hæc habet: *Petilianus dixit non alium fuisse Baptismum Joannis, alium Christi. Sed cap. 36.* sic refellit illum errorem: *Baptismus Joannis alius fuit, & Christi Baptismus alius*, sicut alius fuit ille Baptismus, in quo Patres nostros Apostolos dicit Baptizatos: quocirca sic concludit Trident. sess 7. Can. 1. *Si quis dixerit Baptismum Joannis habuisse eandem vim cum Baptismo Christi, anathema sit.* Conveniunt ergo Baptismus Joannis & Baptismus Christi in materia; quia uterque fuit in aqua, sed differunt *quoad autorem, quoad formam, quoad effectum.* *Quoad autorem*; quia Baptismus Joannis fuit institutus ab hominē puro scilicet Joanne: Baptismus vero Christi fuit institutus ab homine simul & Deo, scilicet à Christo. *Quoad formam* quippe Baptismus Joannis sub nulla certorum verborum forma conferebatur; Baptismus vero Christi, sub expressâ Trinitatis Confessio-

ne administratur. *Quoad effectum*, quia Baptismus Joannis nullum habebat interiorem effectum; Baptismus vero Christi duplarem interiorem effectum producit, gratiam scilicet, & characterem.

ARTICULUS III.

De Baptismo Christi, quatenus est ablutio facta in aqua sub hac forma: ego te Baptizo, in nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti.

PROPOSITIO unica. *Baptismus est ablutio facta in aqua sub hac forma: Ego te Baptizo, &c.*

1º. Quia nihil aliud intelligimus per Baptismum Christi. 2º. Quia Christus suum Baptismum instituens pro materia elegit aquam, pro forma hæc verba: *Ego te Baptizo, in nomine Patris, &c.* Juxta illud Math. 28. *Baptizantes eos, scilicet in aqua, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti:* aqua enim usus est Christus, dum juxta Aug. Baptizavit Apostolos. Quod pater ille educit ex istis verbis: *qui lotus est, non indiget nisi ut pedes laveret.* Aquâ usus est Petrus, dum Baptizavit Judæos. Aquâ usus est Philippus, dum Baptizavit Eunuchum Reginæ Candacis. Et quotquot Baptizauit, tres personas Trinitatis expresserunt, quia juxta Zachariam Papam qui vel unam de Trinitate personam non nominaret, illud Baptisma verum esse non posset. De Consec. dist. 4. can. In Synodo. Demum Florentinum & Trident. tradunt materiam Baptismi esse aquam, formam vero esse ex-

8 MORALIS CHRISTIANA.

pressionem Trinitatis. Cur autem Christus voluerit materiam Baptismi esse aquam Communem , formam verò esse simplicia verba ; id ideo voluit , ut superbiam incredulorum humiliaret : *Nam incredulitas , inquit Tertul. miratur simplicia quasi vana , magnifica quasi impossibilia.*

Baptismus est ABLUTIO.

Ergo Baptismus potest Conferri , vel per effusionem , uti creditur fecisse Philippus , dum descendens de curru in aquam Eunuchum Baptizavit. act. 8. v. 38. vel per aspersionem , uti Baptizasse creditur Petrus , dum simul tria & postea quinque circiter millia Baptizavit. act. 2. & 4. vel per immersionem , sicut fiebat tempore divi Thom. 3 p. q 66. ar. 17. Etenim aqua quæ est materia remota Baptismi , potest vel per effusionem , vel per aspersionem , vel per immersionem applicari ; eaque ablutio potest esse vel unica , vel triplex juxta usum Ecclesiæ , in qua confertur Baptismus. Unica ablutio denotat unitatem essentie divinæ ; triplex verò Trinitatem personarum distinctè exprimit. Ideo canon quintus Concil. Toletani 4. vetat Trinam ablutionem , ne videatur favere rebaptizantibus , & can. 49. Apostolorum jubet trinam ablutionem , ne unitatem personarum videatur in divinis admittere , & Sabellianis favere.

Baptismus est ablutio facta in Aqua.

Ergo quando dicitur in scriptura : *nisi quis renatus fuerit ex aqua ; hæc vox Aqua intel-*

ligitur de aqua propria & non metaphorica, qualis est fides, mortificatio, &c. Quia scriptura debet sumi in proprio sensu, quoties ex ea non sequitur absurdum: unde Trident anathema pronuntiat contra eum, qui ea verba ad metaphoram aliquam detorserit.

Baptismus est ablutio facta in aqua sub hac forma: Ego te Baptizo, In nomine Patris, &c.

Ergo quando scriptura dicit, quod Apostoli Baptizabant in *Nomine Christi*, illud non debet ita intelligi, quod nomen Patris, Filii, & Spiritus Sancti fuerit suppressum, sed quod nomen Christi fuerit additum. Ita explicat Cypr. Epist. ad Jubajanum *non quasi*, inquit, pater omittetur, sedut patri quoque Filii nomen adjungeretur. Ita pariter explicat Aug. contra Maxim... vel *In nomine Christi*, id est Apostoli Baptizabant, *Baptisma Christi*, & non Joannis. vel *In nomine Christi*, id est auctoritate Christi; sicuti quando dixerunt paralytico: *In nomine Christi surge, et ambula*, id est auctoritate Christi. Vel *In nomine Christi*, per attributionem Christi personæ, & non per exclusionem aliarum personarum. Sicuti enim opera ad extra licet toti Trinitati communia, ita tamē dividuntur à nobis, ut creatio attribuat̄ patri, Redemptio Filio, sanctificatio Spiritui Sancto; ita licet Baptismus conferatur in uno simul nomine trium personarum, tamē attribuitur Christo, qui Sacramentum illud instituit. Ita locum prædictum Scripturæ explicat Amb.

Sola aqua est materia Baptismi, & sola expressio explicita trium personarum est forma.

Ergo male dicunt hæretici Baptismum conferri posse in quocumque liquore, & in quocumque nomine modò non conferatur in nomine hominis; quia numquam legitur Baptismum Collatum esse validè nisi in aqua: nam responsio Stephani 2. relata Tom. 2. Concil. Galliae, ubi videtur afferi Baptismum collatum in vino esse validum, non approbatur ab Ecclesia. Non legitur pariter suppressam esse aliquam personam Trinitatis in valida Collatione Baptismi.

ARTICULUS IV.

De Baptismo quatenus Regenerante.

PROPOSITIO unica. *Baptismus Regenerat nos in Christo.* Primi quia nihil aliud intelligimus per Baptismum. 2°. Quia sicuti Adamus per generationem carnalem infundit peccatum originale, ita Christus per regenerationem spiritualem infundit gratiam regenerantem; ut regeneratione mundetur, quod generatione contractum est.

Baptismus regenerat nos in Christo.

Ergo remittit omne peccatum scilicet originale & actuale, & quoad culpam, & quoad pœnam, nihil relinquens de priori statu peccati; sicuti enim generatio carnalis dat

DE BAPTISMO IN PARTICULARI. II

novum esse spirituale , nihil relinquens de priori esse Adami : Ideo de Baptismo promisso per Ezechiem dicitur ; effundam super vos aquam , & mundabimini ab omnibus iniquis- namentis vestris . Et Petrus Baptismum Col- laturus adultis ait . Baptizetur unusquisque ves- trum in remissionem peccatorum . Tertulianus loquens de effectu Baptismi ait : Felix , in- quic , Sacramentum aquæ nostræ , quia ablatis delictis pristinæ cœcitatis in vitam æternam li- beramur . Lib . de Baptis . & Amb . expressius loquens ait : In Baptismate omnibus peccatis depositis abluitur credens . In jam ad Corin- esp . 6 . Demum Florentinum ita de effectu Baptismatis loquitur : hujus , inquit , Sa- cramenti effectus est remissio omnis culpe ori- ginalis & actualis , omnisque pœne , que pro ipsâ culpe debetur . Propriètate Baptizatis , pro peccatis præteritis nulla injungenda est pœnitencie satisfactio , sed morientes antequam culpam committant , statim ad Regnum Cœlorum , & Dei visionem perveniunt .

Baptismus remittit omne peccatum & originale & actuale , & quoad culpam , & quoad pœnam .

Ergo nihil post Baptismum remanet in re- natis , quod veram peccati rationem habeat . Primo quia Christus plenam facit in renato infiniti sui meriti applicationem , imprimens veram mortis suæ similitudinem ; quoquot enim Baptizati sumus , in mortem ipsius Bap- tizati sumus . Et ut optimè dicit Concilium Valentinius 3. in Gallia an. 855 . Non vera esset regeneratio , nisi fieret vera redemptio .

Nihil post Baptismum remanet in renatis, quod veram & propriam peccati rationem habeat.

Ergo concupiscentia & pœnaltates, quæ remanent post Baptismum, v. g. necessitas patiënti, moriendi, pugna contra rationem, &c. Non sunt propriè peccatum, sed ideo appellantur peccatum, non quod propriè peccatum sint; sed quod à peccato sint, & ad peccatum inclinent, ut dicit Concil. Trident de peccato originali. Ideo autem hæ pœnaltates relinquuntur. 1º. Ut sint occasio pugnæ & materia victorij. 2º. Ut conformemur Christo, qui eas pœnaltates, exceptâ concupiscentia, assumere dignatus est. 3º. Ne forte sperantes nos liberarandos esse à talibus pœnaltatibus per Baptismum, hoc suscipieremus Sacramentum potius, ut eam immunitatem assequeremur, quam ut gratiam Christi obtineremus. Quà gratiâ Christi fit, ut nos ipsi primitias spiritus habenies, ipsi in nobis ingemiscimus, expectantes adoptionem filiorum Dei redemptionis corporis nostri.

Concupiscentia & pœnalitas, quæ remanet in nobis post Baptismum, non est verè peccatum.

Ergo male dicitur ab hæreticis concupiscentiam esse propriè peccatum, & peccatum originale post Baptismum, vel sibi tantum, ut voluerunt quidam Origenistæ, vel radicantum, ut volunt Calvinistæ & Lutherani: nam juxta Paulum Christus mundat animas nostras, *In lavacro aquæ, in verbo vite: ergo*

ergo post Baptismum non est peccatum in Baptizato. 2º. Peccata sepeliuntur in Baptismo, sicut sepulti sunt Ægyptii in mari rubro. Qui ergo, inquit Gregorius, dicit peccata in Baptismo funditus non remitti, dicat in mari rubro Ægyptios non veraciter mortuos. lib. I. Epis. 39.

ARTICULUS V.

De Baptismo quatenus initiante in christiana religione.

PROPOSITIO unica. *Baptismus initiat & introducit in Christianam Religionem.*
 1º. Quia nihil aliud intelligimus per Baptismum. 2º. Quia Baptismus dicitur janua aliorum Sacramentorum, ergo introducit nos in Ecclesiam. 3º. Quia sicut in lege naturali oblatio puerorum, & circumcisio in lege Mosaïca introducebant in Religionem Judæorum; ita in lege Evangelica Baptismus introducebat in Religionem Christianorum.

Baptismus introducit in Christianorum Religionem.

Ergo Baptismus producit characterem internum, quo simus domestici Dei, & subditæ Ecclesiæ; sicuti enim Circumcisio externum characterem producebat, quo Judæi in sinagogam introducebantur; ita Baptismus producit internum characterem, quo homines in Ecclesiam introducuntur: & sicuti Judæi à gentibus per Circumcisionem distinguiebantur, ita Christiani per Charac-

14 MORALIS CHRISTIANA:
rem Baptismalem à non Baptizatis distin-
guntur.

Baptismus producit internum characterem , quo
Baptizati distinguntur à non Baptizatis ,
& quo introducuntur in Ecclesiam .

Ergo Baptismus est necessarius his etiam ,
qui vel ex speciali privilegio sunt immunes
à peccato originali ut Virgo , aut Sanctifica-
ti sunt , vel in utero , vel extra uterum :
necessarius est , inquam , Baptismus , non ut
mundentur à peccato ; quia supponuntur
mundati ; sed ut initientur in Christiana
Religione ; siquidem sicuti incircumcisus erat
extra sinagogam , ita non Baptizatus est ex-
tra Ecclesiam ; & sicuti incircumcisus non po-
terat participate Mosaicis Sacramentis ; ita
non Baptizatus non potest validè recipere
Ecclesiaz Sacra menta .

Baptismus est necessarius his etiam , qui sunt
vel immunes , vel mundati à peccato originali .

Ergo non male assertur Beatam Mariam
Virginem licet immunem à peccato originali ,
Apostolos licet mundatos à peccatis , tamen
recepisse Baptismum ; non quidem ut munda-
rentur , sed ut initiantur ; non ut primam
gratiam Christi reciperent , sed ut charactere
Christi insignirentur .

ARTICULUS VI.

De Baptismo quatenus regenerante & initiante.

PROPOSITIO unica. *Baptismus est, & regenerans in Christo, & initians in Christiana Religione. Hinc isthac educes Consecratio.*

CONSECTARIUM I. Debet dari in Ecclesia Baptismus, quo, & regeneremur in Christo, & initiemur in Christiana Religione; alias Christus non sufficienter providisset, & Ecclesiae, & saluti hominum: sicut enim homo non potest carnaliter produci sine carnali generatione, ita non potest spiritualiter renasci sine spirituali regeneratione: quia ut dicit Christus Joan. 3. v. 6. *Quod natum est ex carne, caro est, quod natum est ex spiritu, spiritus est;* ergo sicut datur generatio carnalis omnes inficiens; ita debet dari regeneratio spiritualis omnes vivificans. *Quia sicut in Adam omnes moriuntur; ita in Christo omnes vivificabuntur.* Et sicut diabolus sectatores suos certis cæremoniis initiat, ita debet à fortiori dari in Ecclesiâ sacra aliqua cæremonia, scilicet Baptismus, quo in Christiana Religione initiemur: & proinde cum nullus sit homo, qui citra speciale priuilegium non sit infectus peccato originali, *quia omnes in Adam peccaverunt,* vel qui mundatus à peccato originali non egeat introduci in Ecclesiam; sicuti enim omnes, qui erant extra arcam Noë perierunt; ita omnes, qui sunt extra Ecclesiam, pereunt: Ergo

absolutè Baptismus est omnibus necessarius ; vel ut regenerentur in Christo , vel ut introducantur in Ecclesiam.

CONSPECTARIUM II. Unicum datur tantum Baptisma , ut dicitur in symbolo : *Confiteor unum Baptisma* : sicuti enim semel nascimur corporaliter ita semel renascimur spiritualiter. Et sicuti semel initiantur Circumcisione Iudei ; ita semel initiantur Baptismate Christiani ; & sicut semel contrahitur peccatum originale ; pluriē verò committuntur peccata actualia : unicū ergo est & non iterabile Baptisma , remittens peccatum originale ; sæpius verò iterabilis pœnitentia , remittens peccata actualia : unde Paulus loquens de pœnitentia Baptismali hæc habet ad hebr. 6. v. 4. *Impossibile est eos , qui semel illuminati sunt , in Baptismo . . . & prolapsi sunt ; rursus renovari ad pœnitentiam , scilicet Baptismalem ; pœnitentia enim Baptismalis est imitatio mortis Christi ; ergo sicut Christus semel mortuus est , ita semel nobis potest per Baptismum applicari imago mortis Christi , ut ait idem Paulus ibidem ; dicit enim quod qui volunt bis Baptismum recipere , sunt rursum crucifigentes sibi metippsis Filium Dei , & ostentui habentes. Et ita quando dicitur , quod datur triplex Baptismus , scilicet fluminis seu aquæ , flaminis seu desiderii , sanguinis seu martyrii : solus Baptinus aquæ est proprius Baptismus ; votum Baptismi , & martyrium non sunt Baptismi , nisi nomine tenus. Baptismus aquæ producit gratiam , & characterem , remittit culpam , & pœnam ; quia plenè nobis applicat passionem*

Christi; Baptismus sanguinis seu martyrium remittit culpam & pœnam; quia injuriam facit martyri, qui orat pro martyre, inquit Augustinus: sed non producit characterem. Baptismus flaminis seu desiderii culpam remittit; minimè verò omnem pœnam; sed solum juxta proportionem charitatis, quâ desideratur Baptismus aquæ.

C O N S E C T A R I U M III. Baptismus confert singulis pueris æqualem omnino gratiam, & æqualem omnino characterem; quia sicut omnes carnaliter geniti ab Adamo habent æqualem naturam humanam; ita regenerati in Christo & per illum iniciati debent æqualem omnino gratiam & æqualem characterem recipere, præcipue cum nulla sit dispositio in infantibus, quæ eos distinguat in receptione Baptismi. Adulti verò ut potè disponentes se ad Baptismum, possunt diversam accidentaliter gratiam recipere, scilicet magis, vel minus intensam juxta proportionem dispositionum, ad quas se excitant recipiendo Sacramentum. Characterem verò omnes tam adulti quam non adulti æqualem omnino recipiunt; quia 1°. Character non est qualitas, ut diximus, quæ suscipiat magis & minus. 2°. Quia character non exigit dispositio-nes, cum & à benè & à malè dispositis recipiatut..

C O N S E C T A R I U M IV. *De subiecto Baptismi.* Baptismus aquæ potest absolutè conferri omnibus; quia omnes, vel regenerati possunt, vel iniciari in Christiana Religionē: tamen dati non debet pueris in utero matrum existentibus; benè tamen omnibus ho-

minibus jam ex utero effusis , sive infantibus , sive adultis , sive amentibus , sive ratione utentibus : modo isti nutu aut voce initia-
ti petant , aut olim petierint . Non potest
conferri Baptismus pueris in utero existenti-
bus ; quia *nemo potest renasci , nisi sit natus* ,
ut dicit Aug. Epis. ad Dardinum . Baptis-
mus autem conferti potest , & pueris , &
adultis à nativitate amentibus ; etiam si nul-
lum actum eliciant ; sicuti enim infecti sunt
sine actu proprio personali ; ita sine actu pro-
prio mundari possunt , & sicut alienā volun-
tate generantur infecti ; ita alienā volunta-
te regenerantur immaculati : Adulti verò ra-
tione utentes , aut amentes , qui olim ratio-
ne usi sunt , Baptizari non possunt , nisi , aut
nutu , aut voce Sacramentum , vel petant ,
vel petierint : sicuti enim voluntate persona-
li permanerunt in statu peccati originalis ;
ita voluntate personali debent ab illo statu
liberari : ideo dicit August. lib. de modo pœ-
nit. cap. 1. *Quod ut homo moriatur veteri vi-
tae , quod utique sit in Baptismo , requiritur
in adultis ratione utentibus voluntas , quā
veteris vitae eos pœnitiat , & vite novitatem
intendant.*

CONSECTARIUM V. De Ministero
Baptismi. Quilibet homo , sive vir , sive fœ-
mina , sive Clericus , sive Laicus , sive fide-
lis , sive infidelis , sive Sacerdos proprius , si-
ve alienus , potest esse Minister Baptismi in
necessitate , sicuti enim Baptismus omnibus
necessarius est , ita congruum est , ut ab omni-
bus conferri possit . Quemadmodum enim
aqua ejus materia communis est , & passim ob-

via; ita æquum est ut communis sit & ubique obvius Minister Baptismi: ideo juxta Tertul. *Laïco in necessitate Baptizare licet.* lib. de Bapt. Cap. 17. & Illiber. Concil. can. 38. ait: *Laicus Baptismum suum integrum habeat.* Fœminis Baptizare prohibitum est juxta Tertul. lib. de Bapt. cap. 17. & juxta Concil. Carthag. 4. can. 100. Sed hoc intelligi debet extra necessitatem; nullus enim haec tenus dixit iterandum esse Baptisma collatum à fœmina. De Hæretorum Baptismo olim dubium fuit in Ecclesia tempore Cypr. Sed validum esse Baptismum in forma Ecclesiæ Collatum determinavit Concil. Nicænum.

CAPUT TERTIUM.

De Confirmatione.

ARTICULUS PRIMUS.

In quo traditur & explicatur definitio Confirmationis.

CONFIRMATIO apud auctores Ecclesiasticos varia habet nomina. Primum nomen à materia desumptum est *impositio manuum*, *chrismatio*. Ita. Aug. lib. 3. De bapt. contr. Donatis. cap. 16. Per manus, inquit, *impositionem modo datur Spiritus Sanctus*. & lib. 2. cont. litteras Petiliani cap. 104. *In hoc unguento, inquit, Sacramentum Chris- maris validis interpretari.* Secundum nomen

desumptum est à fronte, in qua confirmatus unctionis. Vocatur *unguenti Mysterium* à dionysio. De Eccles. Hierarch. cap. 4. *Signaculum spirituale* à Leon, Serm. 4. de Nativ. Dom. cap. 5. Et signaculum Dominicum. Et à recentioribus Theologis *unctio frontalis*. Tertium nomen est ratione effectus; vocatur *perfectio* à Concil. Illib. can 38. & *confirmatio* à Tridentino, quatenus dat firmitatem in gratia & contra hostes nostræ salutis nos corroborat. Atque ideo *confirmatio* definiri potest.

Confirmatio est cæremonia sensibilis conferens gratiam per chrismanum factam in fronte ab Episcopo sub hac forma: signo regno Crucis, &c. Per quam gratiam Baptizatus roboratur perfectusque Christianus efficitur, & miles Christi designatur.

1º. Dicitur *cæremonia*; quia confirmatione certo ritu, qui sanctitatem denotat, administratur. 2º. Dicitur *sensibilis*; quia chrisma confectum ex oleo & balsamo, est sensibile, actio Episcopi ungentis est sensibilis. 3º. Dicitur *conferens* gratiam ut constat ex Samaritanis, quibus cum per impositionem manuum conferretur hoc Sacramentum ab Apostolis, ipsi Samaritani accipiebant *Spiritum Sanctum*. Act. 8. v. 17. 4º. Additur quod *Baptizatus roboratur* & *perfectus Christianus efficitur*; quia per confirmationem Baptizatus accipit dona Spiritus Sancti. Demum dicitur quod *Baptizatus miles Christi designatur*; quia confirmatione confert characterem, quemquam Christi milites designamur. Nihil aliud intelligimus per confirmationem; si quid aliud intelligent adversarii, quæstio erit de nomine, & non de re.

ARTICULUS II.

De confirmatione, quatenus est cæmeronia sensibilis conferens gratiam.

PROPOSITIO unica. *Confirmatio est cæmeronia sensibilis producens gratiam.*
 1°. Quia nihil aliud intelligimus per confirmationem. 2°. Quia huic cæmeroniæ sensibili assignata est promissio gratia, cum confirmati ab Apostolis acciperent Spiritum Sanctum.
 3. Quia Patres confirmationi vim producendi gratiam affingunt. Tertul. lib. de Baptis. cap. 7. *In nobis, inquit, currit carnaliter unitio: sed spiritualiter proficit, producendo scilicet gratiam.* Cyprianus vero ita habet: *ungi quoque necesse est eum, qui Baptizatus sit: ut habere in se Christi gratiam possit.* lib. I. Epis. Epis. 12. Demum Aug. docet Tract. 6: in Joan. Confirmatos suo tempore recipere Spiritum Sanctum, licet non loquerentur variis linguis, uti loquebantur initio Christiani, dum eis manus imponerentur. Vide Sanctobovium de confirmatione.

Confirmatio est cæmeronia sensibilis conferens gratiam.

Ergo est verum novæ est legis Sacramentum; quia cæmeronia sensibilis, cui alligata est promissio gratiæ, est verum Sacramentum; Ideo Patres & Concilia Confirmationem Sacramentum vocant. Aug. contr. Petil. cap. 104. *In hoc unguento, inquit, Sacramentum Chrysostomis*

vultis intelligi, quod quidem in genere visibilium Sacramentorum Sacro Sanctum est, sicut ipse Baptismus; sed potest esse in hominibus pessimis. Tertullianus vero, ut jam jam dixi lib. de Baptism. cap. 7. In nobis, inquit, carnaliter currit unctio, sed spiritualiter proficit, quomodo & ipsius Baptismi carnis acinus, quod in aqua mergimur, spiritualis effectus, quod delictis liberamur. D. Cyrillus cat. 3. comparat confirmationem cum Eucharistia dicens, quod sicut Eucharistia non est panis nudus: ita chrisma non est unguentum nudum. Sed est Chrīma, quod Christi & Spiritus Sancti, id est divinitatis ejus, præsentiam efficit. Concilium Toletanum IV. cap. 57. Confirmationem inter Sacra menta recenset. Constat, inquit, eos Sacramentis divinis associatos, & Baptismi gratiam percepisse, & cibis mate unctos esse, & corporis Domini & Sanguinis extitisse particeps. Instructio Eugenii ad Armenos ita habet: Secundum Sacramentum est confirmatio. Idem decernit expresse Tridentinum, determinans septem esse Sacra menta, videlicet Baptismum, Confirmationem, &c.

Confirmatio est verum novæ legis Sacramentum.

Ergo Confirmatio fuit instituta à Christo; & permanenter in Ecclesia conservata; quia nullum est Sacramentum novæ legis, quod non sit institutum à Christo, & in Ecclesia perenniter conservatum. Confirmationem autem à Christo institutam probat ea promissio saepius iterata, quā Christus spondet se datu-

rum Spiritum Sanctum, quod quidem fit per confirmationem. Paraclitus, inquit, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Joan. 14. v. 26. Cum venerit, inquit, paraclitus, quem mittam vobis à patre... ille testimonium perhibebit de me. Joan. 15. v. 26. Expedit vobis, ut ego vadam; ait, si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos. Joan. 16. v. 6. rursus vos autem Baptizabimini Spiritu Sancto. act. 1. v. 4. Quæ singula confirmationem promittunt fidelibus in persona Apostolorum, inde est quod Apostoli post acceptum Spiritum Sanctum in die Pentecostes, eum ipsum per manum impositionem Samaritanis recentè Baptizatis communicant teste Scripturā. Imponebant enim manus super Baptizatos, & accipiebant Spiritum Sanctum. Act. 8. Idemque Apostoli Sacram illam cæremoniā tradunt Ecclesiæ observandam, & custodiendam; descendit enim hæc observatio, inquit Pacianus Epis. 1. Ex traditione Apostolorum. Idemque habet Basilius de Spiritu Sanct. cap. 27: Ipsam, inquit, olei unctionem quis Sermo Scriptus docuit. Insinuans quod traditione magis nobis innotescat Confirmatio quam Scriptura.

Confirmatio fuit à Christo instituta & ab Apostolis Ecclesiæ Communicata.

Ergo male dicitur ab hereticis confirmationem esse otiosam cæremoniā, & non potius verum & proprium Sacramentum. 1º. Quiā hunc errorem anathemate percutit Trident. sess. 7. de confirm. can. 1. 2º. Quia vidimus ex Patribus confirmationem Baptismo

& Eucharistiae comparari. Ergo nequaquam haberi debet tamquam otiosa cæremonia. 3°. Quia Patres docent Baptisatos recipere confirmationem, ut Spiritum Sanctum consequantur, & signaculo Domini consummentur. Ita Cyprianus Epis. ad Jubaianum. Ut consignentur & Spiritum paracletum accipient. Ita Innocen. 1. ad Decentium cap. 3. 4°. Quia Paulus ad Hebr. cap. 6. Doctrinam Baptismatum impositionisque manuum simul conjungit. Quam impositionem Patres Græci & Latini interpretantes Paulum ad Sacramentum confirmationis referunt. Ergo si Baptismus non sit otiosa cæremonia, neque confirmatio.

ARTICULUS III.

De confirmatione, quatenus est Chrismatio, facta in fronte ab Episcopo sub hac forma signo te, &c.

PROPOSITIO unica. Confirmation est Chrismatio facta in fronte per Episcopum sub hac forma: signo te, &c.

Probatur 1°. Nihil aliud intelligimus per confirmationem 2°. Concilia vocant confirmationem CHRISMATIONEM. Concilium enim Ataufic. 1. Ita loquitur Can. 7. Inter nos Chrismatis non nisi una Benedictio est . . ut non necessaria habeatur repetita CHRISMATIO. & Innoc. 3. cap cum venissent De Sacra unctione dicit, quod per frontis CHRISMATIONEM designatur manus impositio Apostolorum. 3°. Habetus insuper quod in hoc Sacramento unctione fieri debeat in FRONTE, quæ sedes ruboris est. ut non erubescamus

erubescamus profiteri fidem. Illud docet. Aug. in Psal 141. *Multa, inquit, Sacra mentia aliter atque aliter recipimus, quadam sicut nosis ore accipimus, quadam per totum corpus, quadam in FRONTE per Signum Crucis.* Unde Tertullianus lib. de præscript. docens diabolum Christianæ Religionis imitari mysteria dicit: *ttingit & ipse diabolus, quosdam utique credentes, & fideles suos signat illic in FONTIBUS milites suos.* Quod vero confirmatio per solum EPISCOPUM conserti debet patet; per solos enim Apostolos, quibus soli succedunt Episcopi; siebat ea impositione manuum, quæ conserebat Spiritum Sanctum. Act. 8. v. 14. Propterea pluribus in Conciliis prohibitum simplicibus Presbiteris Baptizatos Chrismate in fronte, ut habetur dis. 5. Can. *Manus quoque.* Ubi sic legitur; *Manus quoque impositionis Sacramentum magna veneratione tenendum, quod ab aliis perfici non potest, nisi a summis Sacerdotibus.* Demum id expressè definiunt Concilia; si quidem Florent. ita loquitur. *Ordinarius Minister hujus Sacramenti est Episcopus.* Et Trident. sess. 7. can. 3. *Si quis dixerit Sanctæ Confirmatio nis Ordinarium Ministrum non esse solum Episcopum, sed quemvis simplicem Sacerdotem, anathema sit.* Forma autem hujus Sacramenti apud Latinos hæc est juxta Florentinum: *Signo te Signo Crucis, Confirmo te Chrismate salutis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Apud Græcos est hæc: *Signaculum Donationis Spiritus - Sancti.*

Confirmatio est CHRISMATIO:

Ergo adæquata materia hujus Sacramenti est & chrisma & impositio manuum. Chrisma quidem, ut significetur vis gratiæ roborantis ex chrismate recepto: impositio vero manuum, ut significetur descensus Spiritus Sancti. Utriusque actionis, scilicet unctionis & impositionis manuum, meminit Tertul. lib. de Baptis. cap. 8 *Egressi*, inquit, *de Baptismo per ungimur benedictâ unctione.* . . . deinde manus imponitur per benedictionem advocans, & invitans *Spiritum Sanctum.* Cui concinit Rupertus lib. 3 *de operibus Spiritus Sancti.* cap. 9. *Per manus impositionem*, inquit, *sacrique chrismatis unctionem secundam*, qui renatus est, accipit *gratiam.*

Materia adæquata confirmationis est chrisma & impositio manuum.

Ergo in collatione confirmationis utrumque adhiberi debet, scilicet & chrisma & impositio manuum; quia Sacramentum nequit esse sine adæquata sua materia; & ideo Patres confirmationem modo impositionem manuum, modo chrisma nuncupant, alii ad unam, alii ad aliam materiæ partem attentes.

In Collatione confirmationis adhiberi debet & impositio manuum & chrisma.

Ergo ab Apostolis usque ad nos in utra-

que Ecclesia Græca & Latina , utraque illa materia adhibita est ; quamvis id forte scriptum non reperiatur ; quia multa sunt in Ecclesia , quæ scripta non sunt , & aliunde vix credi potest Ecclesiam omisso partem essentialē confirmationis ; Ideo legimus in Euchologio Græcorum , quod Dominus de Maria in notis Concilii Claromontani adjecit , quod dum hæretici non ritè confirmati per Sacramentum Confirmationis in Ecclesia recipiebantur , istæ observabantur cæremoniæ . Postea ; inquit illud rituale , *Sacerdos manum IMPONENS super caput conversi inclinati* *banc fundit orationem , &c.* Post hæc ungit UNGUENTO . Ecclesiæ vero Latinæ ritus circa confirmationem explicatur in Concil. Arelaten. 2. can. 17. *Cum chrismate & manus impositione in Ecclesia recipi sufficit eos , scilicet qui conversi redeunt ad unitatem Ecclesiæ.*

Ab Apostolis usque ad nos in conferendo Sacramento Confirmationis adhibita fuit & impositione manuum , & chrismatio.

Ergo licet Scriptura non dicat expressè Apostolos adhibuisse chrismissionem , dum imponebant manus super Baprizatos , & isti accipiebant Spiritum Sanctum , tamen conjici potest Apostolos vero chrismate usos fuisse ; tum quia , quæ semper in Ecclesia observata sunt , ab Apostolis aut à Christo descendisse necessum est ; tum quia Scriptura de unctione loquitur , quam Sancti Patres ad Confirmationis Chrsmissionem referunt . Sic enim ha-

bet Paul. 2. ad Corint. 1. v. 21. *Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui UNXIT nos Deus, qui & signavit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.* Et quamvis haec unctione intelligi possit de gratia, tamen de CHRISMATE Confirmationis intelligunt Chrysost. in hunc locum, Theodoreetus etiam & Ambros. lib. de his, qui mysteriis initiantur. Et verba ista Joan. 1. UNCTIO-NEM quam accepistis ab eo, maneat in vobis, interpretantur de Chrismate Confirmationis Cyrilus Catech. 3. & Aug. in Joan.

Confirmatio est Chrismatio facta in FRONTE.

Ergo unctione, quæ adhibetur in hoc Sacramento, distinguitur ab unctione verticis, & scapularum, quæ fit à simplici Sacerdote in Baptismo, & quæ tantum Sacramentalis est, & non Sacramentum. Item distinguitur etiam ab unctione frontis, quæ fiebat à simplici Sacerdote super energumenos, ut docet Innoc. 1. Epis. 1. cap. 6. quæ unctione pariter non erat Sacramentum. Distinguitur quoque ab unctione sensuum, quæ fit à simplici Sacerdote, dum oleo infirmorum ungitur ille, qui periculoso morbo laborat. Demum distinguitur ab unctione manuum, quæ fit in ordinatione, quæ duplex unctione verum est Sacramentum.

Vnotio, quæ adhibetur in hoc Sacramento Confirmationis, distinguitur à quacumque alia unctione, quæ vel est Sacramentalis, vel est Sacramentum.

Ergo male dicitur ab Hæriticis, quod Confirmation non sit speciale Sacramentum, cum speciale habeat materiam, speciale formam, speciale ministrum, speciale partem in corpore, cui applicatur, & speciale effectum, quem producat.

Confirmation est chrismatio facta in fronte ab EPISCOPO.

Ergo solus Episcopus est minister ordinarius hujus Sacramenti; ut probavimus ex Florentino & Trident. Ille enim solus potest roborare fideles, qui habet plenitudinem roboris, quæ plenitudo habetur solum per characterem Episcopalem. Deinde sicuti soli duces designant milites ad militiam corporalem; ita soli Episcopi, qui sunt duces in Ecclesia, debent designare fideles ad militiam spiritualem, conferendo eis characterem confirmationis. Inde est quod Cyprianus jubet Epis. 73. ad Jubaianum, ut qui in Ecclesia Baptizantur, PRÆPOSITUS Ecclesiae offerantur, scilicet ut confirmentur. Et Chrysost. ad cap. 8. Act. ait: *PRÆCIPUOS & NON ALIOS vidimus hoc facere, id est confirmare & Aug. lib. 15. de Trinit. cap. 26. quem morem & scilicet confirmandi in suis PRÆPOSITIS servat Ecclesia.*

*Solus Episcopus est minister ordinarius
Confirmationis.*

Ergo non repugnat, quod ex delegatione Papæ simplex Sacerdos sit minister extraordinarius confirmationis; quia habemus ex Concilio Florentino, quod simplex Sacerdos illud Sacramentum contulerit. Sic enim habet Eugenius ad Armenos: *legitur tamen aliquando, per Apostolicæ sedis dispensationem ex rationabili & urgenti admodum de causa, simplicem Sacerdotem Chrismate per Episcopum confecto hoc administrasse confirmationis Sacramentum.*

Sunt tamen insignes Theologi, qui putant simplicem Sacerdotem non posse esse ministrum extraordinarium confirmationis; quia inquiunt, quoties patres loquuntur de ministro hujus Sacramenti, Episcopum semper nominant, numquam vero Sacerdotem. Innocent. I. Epis. I. cap. 3. Loquens de signandis infantibus: *Manifestum est, inquit, non ab alio quam ab Episcopo fieri licere; nam Presbiteri, licet sint Sacerdotes, tamen Pontificatus apicem non habent.* Chrysost. hom 18. in acta dicit Philippum non contulisse confirmationem; *hoc quippe donum solorum duodecim erat Apostolorum.* Unde Latini temporibus Photii confirmatos à Sacerdotibus Græcis; iterum confirmare non dubitarunt, nullamque Photius afferre potuit rationem, quâ affingeret autoritatem Sacerdotibus conferendi confirmationem. Sacerdotes autem, qui tempore Gregorii dicuntur chrismaesse fideles, vel fuerunt, inquiunt, ordinati Episcopi, vel

chrismationem adhibuerunt non frontalem, quæ fuerit Sacramentum, sed frontalem, quæ fuerit cæterinalis, supplens unctionem vel verticis, vel scapularum. Sic explicant locum Epis. 26. Gregorii, ubi videtur permettere Sacerdotibus Calaritanis in Sardinia, ut Baptizatos aut Baptizandos in fronte ungant.

*Confirmatio confertur sub hac forma : signo te
Signo Crucis &c. Sub hâc formâ apud Græcos :
hoc est signaculum donationis spiritus Sancti.*

Ergo hæc forma est maximè conveniens; quippe hæc vox, signo te denotat confirmatum esse designatum militem Christi: Ideo, ut optimè ait D. Thomas 4. cont. gent. cap. 6°. Qui Confirmationis Sacramentum suscipiunt, signo Christi insigniuntur, videlicet signo Crucis, quo pugnavit & vicit. Hæc vox Confirmo te, designat Baptizatum specialiter hoc Sacramento roborari. Quia ut ait idid. D. Thom. Sacramentum istud, quo spirituale robur regenerato confertur, eum quodam modo instituit pro fide Christi propugnatorem. Hæc voces, In nomine Patris, &c. Denotant causam præcipuam hujus roboris esse Trinitatem, illudque mysterium objectum esse præcipuum fiduciæ, quam confirmatus debet defendere, & sanguine suo, si oporteat, obsignare. Forma etiam, quâ utuntur Græci suam habet convenientiam; his enim, quibus utuntur, verbis denotatur Spiritum Sanctum in Baptizatum descendere cum septiformi gratia, quam secum affert;

ARTICULUS IV.

*De confirmatione quatenus confert gratiam
roborantem.*

PROPOSITIO unica. *confirmationē confert gratiam roborantem.*

Probatur 1º. Nihil aliud intelligimus per confirmationem. 2º. Iuxta Scripturam & Patres confirmationē confert Spiritum Sanctum: Ergo confirmationē dat robur contra omnes diabolicos incursus. 3º. Illud patet primo exemplo Apostolorum, de quibus Scriptum est, quod dum fidelibus manus imponerent, ipsi accipiebant Spiritum Sanctum. Secundò exemplo Novatiani, de quo scribit Cornelius Epist. ad Fabium Antioch. quod Spiritum Sanctum accipere non potuit, *hoc signaculo Confirmationis minime percepto.*

Confirmationē confert Spiritum Sanctum.

Ergo confert septiforme donum Spiritus Sancti; quia septem dona Spiritus Sancti sunt perfectiones supernaturales, quæ Spiritu Sancto descendente infunduntur. Ideo Remigius dicit in suo Testamento: *Baptizavi Clodovæum, à Sancto fonte suscepī, donoque septiformis Spiritus Consignavi apud Flodoardum lib. 1. cap. 17.* & auctor bernonis de Chrismate sic loquitur: *bujus unctionis Beneficio & sapientia nobis, & intellectus divinitus datur, Consilium & fortitudo cœlitus illabitur scientia & pietas & timor inspirationib[us] supernis infunditur.*

Confirmatio confert septiforme donum Spiritus Sancti.

Ergo confert ea dona & auxilia actualia, quæ sunt necessaria ad applicanda ea dona Spiritus Sancti; quippe sine illis auxiliis actualibus alia dona essent inutilia.

Confirmatio confert. 1^o. *Spiritum Sanctum speciali modo descendente, 2. confert septem dona Spiritus Sancti permanentia, confert demum gratias actuales, quibus haec dona habituata applicantur.*

Ergo non ineongruè istud Sacramentum robatur, & perfectio, & consummatio baptizati nuncupatur, ut docet Joan. papa 8. Epist. 233. In Chrismate, inquit, salus est & perfectio Christianitatis. Quæ perfectio in ecclesia est juxta Tertulianum, quod anima nostra sit contra omnes diabolicos incursum munifica. Caro, inquit, ungitur, ut anima munatur. Est enim hoc Sacramentum, inquit Paulinus Epist. 15. ad Delphi. Maceria, quæ ab incursu Sylvesteris apri, & depastione ferocis onagri munimur. & Cypr. Epist. 73. Baptizati Signaculo Dominico consummantur. Et auctor lib. de sacram. Apud Ambros. lib. 3. cap. 2. Post fontem superest, ut perfectio fiat, quando ad invocationem Sacerdotis Spiritus Sanctus infunditur.

Confirmatio non incongrue volatur à patribus
Robur, perfectio, & consummatio Baptizati.

Ergo gratia roborans , perficiens , & consummans , quæ est specialis Confirmationi , non potest saltem per se suppleri , nec per aliam cæremoniam , nec per aliud Sacramentum ; quia effectus specialis alicui Sacramento non potest per aliud Sacramentum suppleri. Et ita gratia Confirmationis non suppletur , neque per unctionem verticalē , neque per Eucharistiæ sumptionem . Primo quidem unctione verticalis non est Sacramentum institutum à Christo , sed aliquid Sacramentale institutum ab Ecclesia : ergo non potest supplere effectum Confirmationis. Deinde ex D. Thoma . 3. p. q. 62. a. ii. ad. 3. Unctio frontalis habet potiorem effectum , quem non habet unctio verticalis : non ergo , inquit , propter digniorem partem , sed propter potiorem effectum hæc unctio , frontalis scilicet , Episcopis reservatur. Ergo hæc unctio verticalis non potest supplere effectum unctionis frontalis . 2º. Eucharistia non potest supplere effectum Confirmationis , ut docet idem Doctor . 3. p. q. 73. a. i. ad. 1. dicendum , inquit , quod duplex est **PERFECTIO** , una , quæ est in ipso homine , ad quam perducitur per **AUGMENTUM** , & talis perfectio competit **CONFIRMATIONI** . Alia autem est perfectio , quam homo consequitur ab **ADFUNCTIONE** aliquius **EXTRINSECI** hominem conservantis , puta ex adjunctione tibi , vel indumenti , vel alienius hujusmodi , & talis perfectio competit

Gratia roborans, perficiens, & consummans;
quæ est specialis confirmationi, non potest
suppleri, neque per Eucharistiam, neque per
aliam quamcumque unctionem.

Ergo, ut optimè docet Hugo victorinus L.
2. de Sacram. p. 7. cap. 3. Timendum est iis,
qui per negligentiam amittunt Episcopi præsen-
tiam, & non suscipiunt manus impositionem
ne forte propterea damnentur; quia festinare de-
buerunt, dum poruerunt; quia negligunt re-
cipere Spiritum Sanctum; qui est tutor &
custos baptizatorum, ut docet idem autor.
Vide dicta de obligatione recipiendi con-
firmationem.

ARTICULUS V.

De Confirmatione. quatenus producit characterem:
Principium, ex quo educuntur illationes.

C Onfirmatio producit characterem, per quem
baptisatus designatur tanquam miles Chris-
ti. 1º. Quià nihil aliud intelligimus per con-
firmationem 2º. quia Chrysostomus homil. 4.
in 2am. ad Corint. id expressè docet. Quem-
admodum, inquit, nota quedam militibus,
ita fidelibus quoque spiritus imponitur, quo
fit ut si ordinem deserueris, perspicuus om-
nibus sis; Iudæi enim signi loco circumcisio-
nem habebant, nos autem pignus Spiritus. 3º.
Quia Innocentius Epist ad Decentium,
Cypr. Epist. 73. & Theodoret lib. 4. in

36 MORALIS CHRISTIANA.

Cantica. & Leo mag. serm. 4. de Nativi- vo-
cant Confirmationem , *Sigillum & signaculum*
Domini : ergo supponunt quod producat cha-
racterem. 4°. Sicut voluntas designans nos ut
domesticos Ecclesiae per Baptismum , pro-
ducit in nobis characterem , ita designans nos
ut milites Ecclesiae per Confirmationem , de-
bet in nobis characterem producere.

*Confirmation confert characterem , quo designa-
mur milites Christi.*

Ergo Confirmatio iterari non potest ; quia
character est indelibilis. Ideo dicitur in
Concil. Cabillonensi. 2. *Visum est nobis eandem*
Confirmationem , sicut nec Baptismum iterari
minime deberi. Can. 27. & Eugenius ad At-
menos hæc habet. *Inter haec Sacra menta tria*
sunt , Baptismus , Confirmation , & Ordo , que
characterem , id est spirituale quoddam signum à
ceteris distinctum non iterant : reliqua vero
quatuor characterem non imprimunt , & reiteratio-
nem admittunt. Idem definit Tridentinum.
Sicut enim Ecclesia semel consecrata iterum
non consecratur ; ita nec baptizatus semel
consecratus Dei miles per Confirmationem ,
iterum consecrari non potest ; perpetua enim
est militia , quam pro Deo oportet nos exer-
cere : unde ait Tolet 8. Can. 7. *Sanctum Chris-
ma collatum , & altaris honor aveli ne-*
queunt.

Confirmation iterari non potest.

Ergo ea cætēmonia , quâ olim hæretici
venientes

venientes ad Ecclesiam recipiebantur, erat aliquando verum Sacramentum Confirmationis, aliquando mera cæremonia. Erat verum Sacramentum in his, qui non fuerant confirmati; erat metà cæremonia in his, qui fuerant confirmati. Quippe cum Confirmatione iterati non possit, verum Sacramentum Confirmationis his, qui jam sunt confirmati, adhiberi non potest, ut docet Optatus lib. 7. contra Donatistas. *Numquid nes;* inquit, *exterminamus oleum vestrum...* Et si à vobis ad nos aliquis transitum fecerit, sic à nobis servatur, quomodo à vobis dimittitur. Quod non faciebant Donatistæ, ideo eos tamquam reos grandis sacrilegii insectatur ibid. Seduxisti, inquit, homines, rebaptisisti, iterum UNISTIS. Proh dolor non sine morte vestra exterminasti, quod fuerat de nomine Christi confectum.

Ceremonia, quâ recipiebantur heretici redeuntes ad Ecclesiam, erat mera cæremonia in his, qui fuerant confirmati, & verum Sacramentum Confirmationis in his, qui non fuerant confirmati.

Ergo hinc duo sequuntur. primum. Qui hinc subjiciuntur venientes ad Ecclesiam non confirmabantur, scilicet 1º. Hi qui in Ecclesia Catholica verè fuerant Baptizati, & Confirmati. Recipiebantur enim, inquit Cypri. Epist. 71. per manus impositionem in pœnitentiam, quæ pœnitentia aliquando erat longa, ut docet Innoc. I. Epist. I. Cap. 8. longâ, inquit, pœnitentie actione admitiendi sunt. Quando

que verò sita erat in sola erroris detestatio-
ne , ut docet Morinus . lib . 9 . de pœnitent.
Cap . 8 .

2° . Hi qui apud hæreticos validè Baptizati
& Confirmati fuerant , ut vidimus ex Optato
Milevitano non Baptizabantur : non Confirma-
bantur , inquit , Hieronymus contra Lucif . cap .
8 . quia potius , & dicebatur *age pœnitentiam* .

Secundum , qui hic subjiciuntur laisi in
hæresim & reduces in Ecclesiam Confirma-
bantur . 3° . Hi qui in Ecclesia Catho-
lica Baptizati quidem fuerant , sed non
Confirmati , vel quia dum Baptizabantur ,
nullus aderat proximus Episcopus , qui fron-
talem Chrismationem adhiberet , quod ali-
quando contingebat , vel ob alias causas im-
pedientes , ne statim post baptismum con-
ferretur Confirmationis , uti solebat fieri pri-
mis Ecclesiæ temporibus . 4° . Hi qui validè
quidem apud Hæreticos Baptizati , Confirma-
ti non fuerant ab Hæreticis , vel quia Hæretici
non admittebant Confirmationem ut Sacra-
mentum ; quales erant Novitiani , qui ne-
gantes Spiculum Sanctum esse Deum . Con-
firmationem negligebant , per quam confer-
tur Spiritus Sanctus . Ita docet Pacianus Epis .
3 . vestræ plebi unde Spiritus Sanctus quam non
consignat unctus Sacerdos . Tales sunt etiam
modo apud nos Calvinistæ , quos venientes
ad Ecclesiam confirmamus ; quia Calvinistæ
Baptizatis non conferunt Confirmationem .

Cæremonia , quā , lapsi in hæresim , recipiebantur , dum ad Ecclesiam redibant , erat verum Sacramentum Confirmationis in his , qui non fuerant valide Confirmati ; & mea Cæremonia in his , qui fuerant confirmati.

Ergo ea cæremonia erat titus merè ceremonialis erga Donatistas , Nestorianos , Arianos , Eutichianos , Monothelitas , Iconoclastas , Pelagianos ; quia hi orantes vete & validè Confirmationis Sacramentum conferebant , ut docet Morinus lib. 9. cap. 12. sed erat verum Sacramentum erga Montanistas aut alios , qui non admittebant Confirmationem tamquam Sacramentum. Veram Confirmationem apud Donatistas agnoscit Aug. lib. Cont. Petilianum Cap. 104. dum dicit , quod eorum chrismatio non iterata est , idem docet Optatus.

Cæremonia , quā recipiebantur in Ecclesia Donatistæ , Nestoriani , Ariani , &c. erat ritus ceremonialis.

Ergo quando aliqua Concilia , v. g. Concilium Constantiop. 2. Can. 7. quando Sancti Patres v. g. D. Greg. lib. 9. indic. 4. Epis. 61. quando aliqui auctores v. g. Morinus lib. 9. de pœni. Cap. 10. num. 11. & 12. & 13. docent Arianos aut alios ex prædictis Hæreticis esse receptos per impositionem manuum cum Chrismatione , & cum ista oratione , signaculum donationis Spiritus Sancti. Quæ omnia videntur significare collatum eis verè fuisse

Sacramentum Confirmationis. Respondendum factum esse verum, sed cur id factum sit, penitus latere. Forte Ariani, aliquique Heretici, apud quos nihil est constans & firmum, suos non Chrismabant, & ideo Ecclesia judicavit eos esse Chrismandos, cum recipiebantur in Ecclesia. Forte hæc Chrismatio erat tantum cærenonia, licet eadem funderentur preces quæ funduntur in collatione Confirmationis. Sicuti ea cærenonia ordinationis, quæ solebat exerceri, dum restituebantur hi, qui fuerant injuste depositi, non erat Sacramentum sed merus ritus cærenionalis. Nec obstat quod in hac cærenonia fieret impositio manuum per manus Episcopi, tum quia non omnis impositio manuum est Sacramentum, ut constat ex illa impositione manuum facta super Paulum, quando missus est prædicare gentibus, ut constat pariter ex illa impositione manuum facta etiam per Episcopos, per quam hi, qui metu coacti fuerant ad iterandum baptisma, in Ecclesia recipiebantur per solam impositionem manuum factam ab Episcopo, ut docet Leo Epis. 79. cap. 6. Demum ideo cum solemnii manuum impositione & forte cum aliqua Chrismatione heretici in Ecclesiam redeuntes recipiebantur, ut si confirmati non fuissent, verum Sacramentum reciperent, si vero fuissent aut Confirmati auct Baptizati apud Hereticos, ea Sacraenta sicut ut dicunt Theologi Scholastici recepta, receidente fictione per solemnam illam cærenoniam reviviscerent, ut videtur innuere Aug. lib. I. de Bapt. cont. Donat. cap. 12. & D. Thom. 3. p. q. 69. a x. ad 2. Si vero illi Apostolæ Bap-

DE EUCHARISTIA IN PARTICULARI. 41
tizati & Confirmati fuissent in Ecclesia Catho-
lica & utrumque Sacramentum cum debitis
dispositionibus fuisset receptum, utriusque Sa-
cramenti fructus per Apostasiam omnino ab-
latus solemni illà cæremoniâ compunctionem
operante pristinum vitorem recuperabat. Vi-
de Dominum de Sancte Beuve Tractatu de
Confirmatione pag. 80.

CAPUT QUARTUM.

De Eucharistie Sacramento.

EUcharistia potest considerari, quatenus Sacramentum, & quatenus Sacrificium: agemus primò de Eucharistia, quatenus Sacramentum, deinde de Eucharistia, quatenus est Sacrificium.

De Eucharistia, quatenus est Sacramentum.

ARTICULUS PRIMUS.

*In quo traditur, & explicatur definitio Eu-
charistiae, quatenus est Sacramentum.*

EUcharistia, quatenus est Sacramentum, multa habet nomina. Primò dicitur *Cœna Dominica* 1. Corin. Cap. 13. quia instituta est post Cœnam, & quia est Cœna spiritualis, in qua Christus sumitur. Secundò dicitur *communio*; quia fons est Christianæ unitatis & Communionis, in qua Christiani omnes uniuntur inter se, eandem esseam p[ro]p[ter]a.

42 MORALIS CHRISTIANA.

ducantes, & uniuntur cum Christo, ejus carnem & sanguinem sumentes. Tertio dicitur *Sinaxis*, id est, conventus; quia præcipua causa, cur fideles congregentur in Ecclesia est, ut ibi vel spiritualiter, vel realiter Christi Corpore & Sanguine nutriantur. Quartò dicitur *Sancta Mysteria*; quia Mysterium est infidelibus occultandum. Quinto dicitur *Eucharistia*, id est, gratiarum actio; quia per eam gratiae redduntur Deo, & à Christo pro nobis, & à nobis per Christum. Sexto dicitur *Viaticum*, quia est quasi comatus transitus ex hoc mundo in alium: ideo Eucharistia potest sic definiri.

Eucharistia est *Sacramennum*, in quo sub speciebus panis & vini significatur & continetur verum Corpus & Sanguis Christi ad alimeniam spiritualem vite, per baptismum acceptae.

1°. est *Sacramentum*, & per hoc convenit cum aliis Sacramentis. 2°. Dicitur, in quo sub speciebus panis & vini, &c. & per hoc ostenditur, quod panis & vinum sunt materia hujus Sacramenti. 3°. Dicitur quod verum Corpus Christi significatur & continetur in eo Sacramento, & per hoc ostenditur ejus dignitas supra alia Sacra menta. 4°. Additur. *Ad alimeniam spiritualem*; quo indicatur illud Sacramentum destinatum esse ad spiritualem animalium nostrorum nutritionem.

ARTICULUS II.

De Eucharistia, quatenus significat Corpus & Sanguinem Christi.

PROPOSITIO unica. *Eucharistia est Sacramentum, in quo sub speciebus panis & vini significatur Corpus & Sanguis Christi.*

Primo, quia nihil aliud intelligimus per Eucharistiam. 2º. Quia sicuti per aquam significatur gratia regenerans, per impositionem manuum, vel Chrismationem significatur gratia roborans; ita per species panis & vini significantur caro & Sanguis Christi, quibus spiritualiter nutrimur.

Eucharistia est Sacramentum, significans Corpus & sanguinem Christi.

Ergo Eucharistia est signum *rememorativum* passionis Christi jam perfectæ; signum *demonstrativum* Christi realiter presentis, & signum pronosticum futuræ nostræ beatitudinis in Christo. Etenim Sacramentum illud revocat in mentem Christum, qui passus est pro nobis in Cruce, qui nutrit nos suo corpore & suo Sanguine, & qui glorificabit nos in cœlis, sui ipsius possessione. Quocirca de eo Sacramento canit Ecclesia: *Recolitur memoria passionis ejus; mens impletur gratia, & futurae gloriae nobis pignus datur.*

**Eucharistia est signum rememorativum Christi
pro nobis olim passi ; demonstrativum Christi
realiter presentis, & nutrientis ; & pro-
nosticum Christinos in gloria beatificamis.**

Ergo Eucharistia continet Christum & fi-
gurativè & realiter : figurativè , quatenus fi-
gurat ejus passionem peractam , & præsigit
ejus gloriam nobis communicandam ; reali-
ter vero , quatenus demonstrat ejus carnem &
sanguinem , tamquam spiritualem animarum
cibum , quo alaniur & confortentur , qui debitè
illud Sacramentum recipiunt , ut dicit Tri-
dent.

**Eucharistia continet Christum & figurative
& realiter.**

Ergo veræ sunt propositiones , quæ dicunt
Christum esse in Eucharistia figurativè ; quia
Eucharistia figurat passionem Christi pro no-
bis toleratam , & gloriam Christi nobis in
cœlis communicandam : & realiter ; quia Eu-
charistia continet Christum nobis realiter per
modum alimonie spiritualis communicatum.
Et falsæ sunt illæ propositiones , quæ ne-
gant Christum esse in Eucharistia & realiter &
figurative ; quia Christus est in hoc Sacra-
mento utrōque modo. Ideo Concilium Trid.
Sess. 13. Can. 1. sic habet ; si quis negave-
rit in sanctissime Eucharistie Sacramento coni-
neri verè , realiter , & substantialiter Corpus &
sanguinem una cum anima & divinitate Domini
nostrri Jesu Christi , ac proinde solum Christum :

sed dixerit tantum modo esse in eo , ut in signo , vel figurā , aut virtute , anathema sit. Unde Concilium non damnat eos , qui dicunt Christum esse in Eucharistia , tamquam in signo , tamquam in figura , sed solum eos qui assertunt Christum esse in Eucharistia , tantum modo tanquam in signo , figurā , vel virtute.

Veræ sunt propositiones , quibus dicitur , Christum esse in Eucharistia , & figurativè , & realiter : false verò illæ , quibus afferitur , Christum esse in Eucharistia , tantummodo figurativè.

Ergo Catholicæ sunt propositiones , quibus Christus dicitur esse in Eucharistia figurativè ; modò non excludatur realitas ; quia figura non excludit realitatem , v. g. verbum æternum est figura substantiæ patris , & paritè est ejusdem substantiæ. Hæreticæ è contra sunt omnes propositiones , quibus negatur , Christum esse in Eucharistia , realiter , Sacramentaliter ; quia tunc excluditur realis præsentia Christi in Eucharistia.

Sic Catholica est hæc propositio Tertulliani . lib. 4. cont. Marc. *Acceptum panem & distributum discipulis corpus suum illum fecit ; Hoc est Corpus meum dicendo , id est , figura Corporis mei.* Catholica est paritè hæc propositio Aug. lib. cont. Adimantum cap. 12. *Non dubitavit Dominus dicere , hoc est Corpus meum ; cum signum daret corporis sui : & alii hujusmodi propositiones ; primò ; quia nulla ibi apponitur particula excludens realitatem : non enim ibi dicitur , Christus dedit*

solum, tantummodo, dum taxat signum corporis sui. Secundò Corpus Christi in Eucharistia realiter præsens est signum ejusdem corporis in Cruce affixi, & in cœlis glorificati. 3°. Totum Sacramentum sensibile est signum Christi præsentis in Eucharistiâ, sed modo insensibili existentis. Sic Catholica est etiam ea Aug. propositio, quâ dicit: *crede & manducasti*; quia spiritualis manducatio non excludit semper realem & Sacramentalem sumptionem, sicut præsentia figurativa non excludit semper realem præsentiam. Sed falsæ & Hæreticæ sunt eæ propositiones, quibus indicatur Christum esse tantum in Eucharistia sicut in signo, sicut in figura, sicut in virtute. Uade hoc ipso quod Berengarius incepit novam eam Doctrinam tradere, statim damnatus est ab Ecclesia, quasi docens aliquid antiquæ fidei & traditioni contrarium. Unde Paschafius Ratberetus an. 818. hæc habet: *Nec ita dixit, cum fregit, & dedit eis panem; hæc est, vel in hoc Mysterio est quædam virtus, vel figura corporis mei; sed ait non fictè: hoc est Corpus meum; & ideo hoc est, quod dixit, non quod quisque fingit. Non dixit, hoc est figura corporis mei, sed hoc est corpus meum.*

Catholicæ sunt propositiones, quibus assertur Christum esse in Eucharistia, & figurative, & realiter: Hæreticæ autem sunt illæ propositiones, quibus negatur Christum esse in Eucharistia realiter.

Ergo si quando in scriptura vel in patribus

reperiantur propositiones, quæ videantur negare realem Christi presentiam in Eucharistia, hæ propositiones intelligendæ sunt de Christo secundum statum naturalem spectato, minimè vero de Christo secundum esse Sacramentale considerato, ut ait Trid. Sic juxta scripturam Christus est in cœlis & in terra; in cœlis secundum statum naturalem, in terra sub speciebus Eucharisticis secundum esse Sacramentale. Sic Christus à nobis est absens, & nobis præsens: absens secundum statutam localem, quam habuit in Cruce, quāmque modo habet in cœlis, præsens vero secundum modum Sacramentalem, quem habet in Eucharistia. Sic Christus modo dicitur realiter manducati à fidelibus, modo non manducari: manducatur realiter, quatenus sumitur ut cibus, quo saginamur, ut loquitur Tertullianus; non manducatur realiter quatenus non laceratur dentibus, uti Caro, quæ venditur in macello, ut credebant Capharnaïtæ, qui putabant carnem Christi dentibus dilaniandam esse.

ARTICULUS III.

De reali præsentia Christi in Eucharistia.

PROPOSITION unica. Christus non est solum præsens in Eucharistia figurativè, eo modo quo est præsens in imagine cum representante; nec solum memorialiter, eo modo, quo est præsens in pura cæremonia, factum aliquod Christi exhibente, v. g. in ablutione pedum recolente eam ablutionem,

48 MORALIS CHRISTIANA:

quā Christus lavit pedes discipulorum; nec solum effectivē, eo modō quo Christus est præsens in illis, in quibus producit gratiam; sed est præsens sub specibus panis & vini realiter, & substantialiter, ita ut ejus substantia sit verè sub speciebus panis & vini, modo quidem vero, sed qui vix verbis exprimi potest.

Primò, quia nihil aliud intelligimus per realem Christi præsentiam in Eucharistia. 2º. Quia Christus promittendo Eucharistiam, testatus est ejus carnem dandam esse in cibum, & ejus sanguinem in potum: *Caro, inquit, mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* Joan. 6. v. 56. instituendo verò Eucharistiam, absolute dixit. *hoc est Corpus meum, quod pro vobis datur; Hic est Calix, Novum Testamentum in meo sanguine.* Luc 22. v. 19. 3º. quia patres realem Christi præsentiam in Eucharistia aperte exprimunt, dum dicunt, Christum in Eucharistia nobiscum uniti eo modo, quo duplex cera simul liquefacta conjungitur, & eo modo, quo fermentum cum massa Farinacea permiscetur: ita Cyrillus; dum afferunt Christum non minus verè, quamvis non secundum eumdem modum existendi, residere in Eucharistia, quam verè fuerit in præsepio, & jam existat in cœlis: ita Chrysost. 4º. Christus in Eucharistia est cibus animæ, cibus autem debet realiter uniti cum eo, qui alitur. Ergo Christus in Eucharistia debet realiter uniti cum anima, & quidem excellentiori modo, quam unitus fuerit cum Judæis. Ergo siue illi realiter manducabant victimas, Christum repræsentantes, ita nos realiter sumimus species Eucharisticas, Christum

Christum realiter continent. 5°. Demum ita definitum est ab Ecclesia contra Berengarium in pluribus Conciliis particularibus, contra VVicelsum in Concilio Constantiensi, & contra Calvinistas in Concilio Tridentino. Imò quod mitum est, Græci schismatici arguunt Ecclesiam Romanam, quod consecrat in azimo, & non eam arguunt, quod credat realem Christi presentiam, imò anathemate percutiunt, qui contrariè sentiunt: ergo signum est à Christo usque ad nos in omni Ecclesia tam Græcā quam Latinā semper vixisse Doctrinam de reali Christi presentia in Eucharistia.

Christus est in Eucharistia realiter & substantialiter praesens.

Ergo quantumvis captu difficilis sit realis Christi presentia in hoc Sacramento, debet admittu à Calvinistis; quia post Christi verba non ratiocinandum, sed credendum, & Mysterium ab Ecclesia propositum non scrutandum, sed adorandum; & præcipue à Calvinistis, qui alia Mysteria admittunt, quæ cum isto magnam habent analogiam. Calvinistæ credunt naturam Divinam esse realiter unam substantialiter in essentia, & trinam in personis; quia scriptura dicit. *Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo ... Et hi tres unum sunt.* Ergo & debent credere corpus Christi esse realiter in Eucharistia; quia Christus dicit: *Hoc est corpus meum.*

Calvinistæ rejiciunt hanc interpretationem: Tres personæ sunt unum unitate morali; quia

50 MORALIS CHRISTIANA:

Scriptura dicit simpliciter: *Et hi tres unum sunt*; & quia aliunde non implicat Deum esse unum in essentia, & trinum in personis: Ergo debent similiter rejicere hanc interpretationem: Hoc significat corpus meum, quia Scriptura dicit simpliciter: *Hoc est corpus meum*; Et quia aliunde non implicat panem & vinum converti in corpus & sanguinem Christi: minus enim est panem mutabilem, jam existentem, converti in Christum per verba consecratoria, quam verbo Domini res non existentes educi ex nihilo.

Calvinistæ admittunt naturam Divinam remanere unam, quamvis terminetur tribus personalitatibus substantialibus inter se realiter distinctis: Ergo & debent admittere corpus Christi remanere unum, licet sit in pluribus locis Sacramentaliter; quia præsentia Sacramentalis, ut pote accidentalis & distincta à corpore, facilius potest multiplicari, immuplicato corpore, quam persona substantialis, indistincta à natura, possit realiter multiplicati immuplicata natura.

Calvinistæ admittunt, quod totum sit maius suâ parte: tamen in divinis tres personæ, collectivè sumptæ, non sunt quid maius in perfectione, quam una sola persona, disjunctivè sumpta; quia perfectio intrinseca & absoluta, & communis tribus personis, repetitur tota in unâ personâ: Ergo & debent admittere, quod Christus consideratus in Eucharistia, ut non habens quantitatem extensem per ordinem ad locum, ita se habeat, quod totum corpus non sit magis extensem localiter, quam aliquod membrum, disjunc-

DE EUCHARISTIA IN PARTICULARI. 52
tivè sumptum , v. g. caput sit æque exten-
sum , ac totum corpus .

Calvinistæ credunt , Filium Dei esse con-
junctum humanitati realiter substantialiter ;
quia scriptura dicit : *Verbum caro factum est* :
Ergo & debent credere , Christum esse præ-
sentem realiter substantialiter in Eucharistia ;
quia Scriptura dicit : *Hoc est corpus meum*.

Calvinistæ rejiciunt alibi interpretationem
Nestorii , scilicet , Christum conjunctum esse ,
humanitati moraliter tantum ; quia Scrip-
tura dicit simpliciter : *Verbum caro factum
est* : Ergo debent rejicere alibi interpreta-
tionem illam : *Hoc est Corpus meum , tantum
figurativè* ; quia Scriptura dicit simpliciter :
Hoc est Corpus meum.

Calvinistæ admittunt substantialiam creatam ,
v. g. humanitatem posse divinitus subsistere
sine propria personalitate . Ergo & debent ad-
mittere , accidentia posse divinitus existere
sine subjecto actuali ; quia natura completa
non minus dependet à personalitate , quam
accidens completum à subjecto subsistente .

*Quantumvis captu difficultis sit realis Christi
præsentia in Eucharistia , debet admitti à Cal-
vinistis , præcipue admittentibus mysterium Trin-
nitatis & Incarnationis.*

Ergo ad infirmandam fidem hujus Sacra-
menti , non debent hunc Scripturæ locum . *Hoc
est corpus meum : Hic est Sanguis meus , in
sensu figurativum & tropicum detorquere.*¹
Quia juxta regulam Augustini Scriptura est
in sensu proprio accipienda , quoties ex illa

non sequitur absurdum: nullum autem sequitur absurdum dicere Christum esse realiter in Eucharistia. Deinde sensus litteralis, ut poterit magis naturalis & magis vulgaris, est quasi trita via, quam sequi oportet, nisi causa subsit, quæ nos divertat à significatione litterali: Ergo cum hic nulla occurrat causa, quæ nos à sensu litterali divertat, prædicta verba litteraliter debemus intelligere & non figurativè. Et sicut hæc verba: *Hic est Filius meus dilectus*, de vero & naturali filio litteraliter intelligimus, & non in filium merè adoptivum per figuram detorquemus; ita hæc verba: *Hoc est corpus meum*, litteraliter & non figurativè debemus sumere. 2º. Christus tunc alloquebatur Apostolos, qui futuri erant totius orbis Doctores: Ergo simplicibus verbis & non parabolicis utebatur; aut si usus fuisset figurā, aut parabolā, eam haud dubiè aut Christus explicuisset, aut aliquis ex Evangelistis, qui hanc institutionem scripserunt, aut Paulus, qui eam tetulit, figurativum illum sensum indicassent. 3º. Circumstantiae in quibus Christus loquebatur, litteralem & propriam significationem exigebant, & figurativam penitus excludebant. Nam Christus instituebat Sacramentum: institutio autem Sacramenti debet declarari nitidè & non obscure. Condebat Testamentum; Testamentum autem clarum nitidumque sit, & non amphibologicum oportet; præcipuè si testator sit infinitè sciens, qualis erat Christus. Christus legem prescribebat: verba autem legis debent esse perspicua, præcipuè si legislator sit summè sapiens, qualis Christus erat: alias

& Apostolos, & omnem Ecclesiam idololatriæ exposuisset. Demum si voluisset Christus realem sui præsentiam in Eucharistia stabilire, quibus aliis verbis intentionem suam expressisset? Nec clarius, nec expressius loqui potuisset. Imò cum Capharnaïtæ scandalizati essent; si Christus locutus fuisset de spirituali tantum mandatione carnis suæ, facta non ore, sed fide, unico verbo potuisset illud scandalum levare & difficultatem omnem tollere, dicendo: *ehi vobis videtur hic sermo meus durus; carnem meam non realiter manducabitis, sed figurativè: sicuti patres vestri manna manducantes, Messiam per manna figuratum manducarunt;* Quin è contra non hoc dicit, sed ubi explicuit illam mandationem non futuram sensibilem, qualis est mandatio carnis, quæ in macello venit, statim subjungit: *Amen, amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis;* & discipulis remanentibus dicit: *Numquid & vos vultis abire; quasi diceret: si non vultis credere mysterium, quod vobis propono, abite..*

Hæc verba hoc est Corpus meum; hic est Sanguis meus, non possunt in sensum merè figurari utrum detorqueri.

Ergo licet hæc verba Christi: *ego sum os-
tium, ego sum vitis, ego sum via, ego sum lar-
pis, ego sum leo.* Item licet hæc verba: *Pro-
pagines tres, sunt tres dies; vacce septem, &
sunt septem anni:* Licet inquam, hæc verba sint

54 MORALIS CHRISTIANA.
in sensu tropico accipienda , non sequitur ,
quod hæc verba : *Hoc est Corpus meum , hic
est Sanguis meus* , tropicè accipienda sint. 1° .
Quia nullum est inconveniens panem mutari
in Corpus Christi , & vinum in ejus sanguinem ; sed absurdum est omnino , Christum es-
se ostium , vitem , leonem , &c. Cum Chris-
tus vivat vitâ intellectuali , minimè vero
prædicta omnia. 2° . Quia Christus ex cir-
cumstantiis , in quibus se ostium , aut vitem ,
&c. nuncupat , satis indicat se loqui figura-
tivè : assertit enim se esse ostium , id est , me-
dium , per quod itur ad Patrem , se esse vitem ,
quatenus influit gratiam in fideles , sicuti vi-
tris influit succum in Palmites : at nullibi in-
dicat , se figurativè loqui , dum ait . *Hoc est
Corpus meum* : Quin imò apertè innuit , se
loqui in sensu proprio , cum mysterium ex-
pliceret , Testamentum condar , & legem sta-
tuat . Item cum tres propagines vocantur tres
dies , & septem vaccæ vocantur septem anni ;
cum ibi explicetur somnium , ex ipso contex-
tu satis intelligitur , tribus propaginibus tres
dies , septem vaccis , septem annos signifi-
cat : res enim in somnio exhibitæ , figuræ sunt
futurorum eventuum , qui in somniis repræ-
sentantur.

ARTICULUS IV.

*De reali Christi præsentia in Eucharistia per
transubstantiationem.*

PROPOSITIO unica. Christus est reali-
tè in Eucharistia , per conversionem

1º. Quia nihil aliud intelligimus per realem Christi præsentiam in Eucharistia. 2º. Si Corpus Christi & Sanguis ipsius essent in Eucharistia , unà cum substantia panis & vini , Christus non dixisset absolute : *Hoc est Corpus meum* : *Hic est Sanguis meus* ; sed dixisset potius : *Hic latet corpus meum* : *Hic latet Sanguis meus*. Sicuti si ego inclusilem aurum in pomo , non possem dicere ; hoc pomum est aurum ; sed possem tantum dicere : hic latet aurum ; quia propositio demonstrativa non denotat nisi substantiam , quæ enuntiatur. Atqui Christus absolute & sine æquivocatione dixit : *Hoc est Corpus meum* ; minimè verò : *Hic latet Corpus meum*. Ergo Christus est in Eucharistia , per conversionem panis in ejus corpus , & per conversionem vini in ejus Sanguinem. 3º. Verba Sacramentorum habent hoc proprium , quod prolatæ in nomine Dei efficiunt , quod significant. Ergo sicuti hæc verba : *Ego te Baptizo* , veram efficiunt ablutionem in anima ; ita hæc verba : *Hoc est Corpus meum* , verè transmutant panem in corpus & vinum in Sanguinem. Non enim minus efficacia sunt hæc verba Christi : *Hoc est Corpus meum* ; quam effectricia sint hæc verba : *Fiat lux* , & facta est lux. 4º. Patres mirabilem illam conversionem sic explicant : Consecratio , inquiunt , mutat panem & vinum in Corpus Christi , sicuti aqua mutata est in vinum in Cana Galilææ . ita Cyriacus. Sicuti virga Moysis mutata est in

serpentem, & mundus factus est ex nihilo: ita Ambrosius. 5^o. Ita definierunt Concilia Genetalia; Constantiense contra Vycleffum, & Tridentinum contra Lutherum. Demum Christus est realiter in Eucharistia; non est ibi per immensitatem, sicuti Deus est ubique; quia humanitas Christi, ut potè finita, non potest esse ubique præsens, sicuti Deus: non est ibi per informationem, sicuti anima rationalis est in corpore; quia humanitas Christi, ut potè totum completum, non potest esse forma panis: non potest esse ibi præcisè per operationem, sicuti Angelus est in loco; quia corpus non est in loco per operationem, sed per quantitatem: non est ibi circumscriptivè; sicuti fuit in præsepio, in cruce, & modò est in Cœlis. Ergo superest, quod Christus sit ibi per conversionem substantiæ panis in corpus ipsius, & per conversionem substantiæ vini in ejus sanguinem; quæ conversio immutet solam substantiam panis & vini, non attingendo accidentia panis, & vini, sed ea sine subjecto effectivè conservando.

CONSECTARIA.

Quæ immodicè sequuntur ex hac propositione.

Christus est in Eucharistia per transubstantiationem.

CONSECTARIUM I. Ergo Christus potest esse in Cœlis circumscriptivè, id est, extensus in loco, & in pluribus locis Sacra-

DE EUCHARISTIA IN PARTICULARI. 57

mentaliter; quia quantitas extensa, per quam est in Cœlo, non multiplicatur: actio vero consecratoria, per quam est Sacramentaliter in Eucharistia, toties multiplicatur, quoties Sacerdos diversum panem & vinum consecrat. Nec enim, inquit, Trid. haec inter se pugnant, ut ipse salvator noster semper ad dexteram Patris in Cœlis assideat juxta modum existendi naturalem; & ut multis nihilominus aliis in locis Sacramentaliter praesens, sua substantia nobis adsit, ea existendi ratione, quam, et si verbis exprimere vix possumus, possibilem tamen esse Deo, cogitatione per fidem illustrata, assequi possumus, & constantissime credere debemus. *sess. 13. cap. 1.*

C O N S E C T A R T U M II. Ergo Christus in Eucharistia est modo localiter inextenso, totus in toto, & totus in qualibet parte; quia ibi est loco substantiae panis, quæ sola propriâ quantitate privata, transit in substanciali Corpore Christi: Ideò dicit Trid. *sess. 13. can. 3.* *Si quis negaverit, in venerabili Sacramento Eucharistie, sub unaquaque specie & sub singulis ejusdemcumque speciei partibus, separatione factâ, totum Christum contineri; anathema sit.* Ideò qui sumit vel unam speciem, vel minimam alterius speciei particulam, vere sumit totum Christum; & ita Ecclesia nullum prejudicium facit Laicis, dum justis causis & rationibus adducta, iubet eos sub una panis specie communicare; quia sub una specie totum Christum suscipiunt. *Si quis, inquit Trid. negaverit, totum & integrum Christum. omnium gratiarum fontem & automrem, sub una panis specie sumi; quia, ut qui-*

dam falso asserunt, non secundum ipsius Christi institutionem. sub utraque specie sumatur. Anathema sit. sess. 21. Can. 3.

CONSECTARIUM III. Ergo Christus tandem remanet sub speciebus Eucharisticis, quandiu remansisset substantia panis, cum ibi sit loco substantiae panis; & ita tunc tantum definit esse in Eucharistia, quando desideraret esse substantia panis, si adesset: & sic vere remanet in minima parte Phisica, in qua maneret substantia panis, nequaquam vero in minima parte mathematica, sub qua non remaneret substantia panis. Sic etiam vere remanet Christus in hostia consecrata, sive sumatur ab homine, sive a bruto, sive a justo, sive a peccatore. Ad veritatem hujus Sacramenti pertinet, inquit D. Thomas, *Quod manentibus speciebus corpus Christi sub eis esse non definit.* 3. p. q. 70. a. 3. in c. & ad 3. ait: dicendum quod etiam si mus vel canis hostiam consecratam manducet, substantia corporis Christi non definit esse sub speciebus, quandiu species illae manent, hoc est quandiu substantia panis maneret, sicut etiam si projiceretur in lumen.

CONSECTARIUM IV. Ergo materia consecrata, v. g. panis consecratus, & vinum consecratum, dici potest panis & vinum, praesuppositivè, effectivè, & apparenter: minimè vero formaliter. Praesuppositivè, quantum panis & vinum est materia, quæ conversa fuit in Corpus Christi: vulgo autem in conversionibus, res per conversionem producta, denominatur à termino, ex quo facta est. Sic serpens factus ex virga Moysis, vo-

DE EUCHARISTIA IN PARTICULARI. 59

catur virga ; & vinum factum ex aqua , vo-
catur aqua. 2º Eucharistia vocatur etiam pa-
nis & vinum effectivè ; quia accidentia panis
& vini , quæ remanent , ut potè virtutes sub-
stantiæ panis & vini , idem efficiunt , quod
faceret substantia panis & vini . si adesset , v.
g. nuttiunt , ponderant , &c. 3º Eucharistia
dicitur panis & vinum apparentè ; quia eas-
dem habet externas species & apparentias ,
quas habebat substantia panis & vini : sed
Eucharistia non potest dici formaliter substanc-
tia panis & vini ; quia hæc substantia conver-
sa est in Christum. Ideò dicit Trid. *Si quis*
dixerit , in Sacro - Sancto Eucharistie Sacra-
mento remanere substantiam panis & vini ,
unà cum corpore & sanguine Domini nostri
Jesu Christi , negaveritque mirabilem illam &
singularem conversionem totius substantiæ panis
in corpus , & totius substantiæ vini in sanguinem ,
manentibus dumtaxat speciebus panis &
vini ; quam quidem conversionem Catholica Ec-
clesia aptissimè transubstantiationem appellat :
Anathema sit. ses. 13. can. 2.

CONSECTARIUM V. Ergo terminus
à quo , ut dicunt , transubstantiationis , est
substantia panis & vini , non ut annihilata ,
sed ut convertenda in Christum. Terminus
autem ad quem , ut loquuntur , est substantia
Christi : cætera vero , quæ concomitantur
Christum in Eucharistia , sunt terminus qua-
si secundarius ; quia terminus à quo actionis
conversivæ , est ille , qui definit , & terminus
ad quem , est ille , qui producitur : sicuti in
motu locali , locus derelictus est terminus à
quo , locus acquisitus est terminus ad quem.

60 MORALIS CHRISTIANA.

In consecratione autem desinit substantia panis & vini : Ergo est terminus a quo ; & convertitur in substantiam Christi : Ergo ista est terminus ad quem. Cætera vero, cum Christo connexa, sunt terminus secundarius, seu concomitans. Quæ omnia ita explicat Trid. ses. 13. cap. 3. Semper haec fides in Ecclesia Dei fuit, statim post consecrationem, verum Domini nostri Corpus, verumque ejus sanguinem, sup panis & vini specie unâ cum ipsius anima & Divinitate existere; sed Corpus quidem sub specie panis, & sanguinem sub vini specie, ex vi verborum, ipsum autem corpus sub specie vini, & sanguinem sub specie panis, animamque sub uiraque, vi naturalis illius connexionis & concomitantiæ, quæ partes Christi Domini, qui jam ex mortuis resurrexit, non amplius moriturus, inter se copulantur : Divinitatem porro, proprie admirabilem illam ejus eum corpore & animâ hypostaticam unionem.

CONSECRARIUM VI. Ergo post Consecrationem nihil remanet de pane, & vino, nisi species : manentibus dumtaxat speciebus, iuquit Tridentinum. Quid autem sint illæ species, non convenit apud omnes. Juxta D. Thomam, tum in sua summa, tum in Officio de Sacramento altaris, species Eucharistiae sunt accidentia panis & vini existentia miraculosè sine subjecto. Idem tenet Concilium Constantiense damnans hanc propositionem Vicleffi: *Accidentia panis non manent sine subjecto in eodem Sacramento, scilicet Eucharistia.* Recentiores quidam Philosophi varios modos excogitant quibus explicent species Eucharisticas non esse accidentia, quæ erant ; quando

DE EUCHARISTIA IN PARTICULARI. 61
quando quidem volunt nihil esse in pane præter substantiam panis, quæ substantia ex fide non amplius remanet: sed varios illos modos explicandi ex ipsa novitate suspectos esse in Theologia arbitror.

DE EUCHARISTIA.
quatenus est Sacrificium.

ARTICULUS UNICUS.

De Sacrificio Missæ.

PROPOSITIO unica. Missa est Sacrificium strictè sumptum, in quo Christus non tantum datur populo manducandus, sed verè offertur Deo & Sacrificatur.

1º. Quia nihil aliud intelligimus per illam cæmoniam exteriorem, quam Missam vocamus. 2º. Quia apud Malachiam. c. 10. v. 11. dicitur. ab ortu solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus: & in omni loco Sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. Quia magnum nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum. Quæ autem potest esse illa oblatio digna Deo, nisi Christus ipse qui alloquens Patrem ait: hostiam & oblationem notissimam corpus autem aptasti mihi. ad Hebr. 10. v. 5. 3º. In omni religione debet esse Sacrificium sensibile ut docet Aug. lib. 10. de civ. Dei. c. 2º. Quia homines non possunt nisi Sacrificiis sensibilibus cum Deo conjungi, ejusque supremum

Tom. VIII.

E

Dominum agnoscere , res sensibiles in ejus honorem destruendo. Ideo in lege naturæ & lege Mosaicâ viguit semper victimarum immolatio. Atqui in religione Christiana non potest aliud reperiri Sacrificium sensibile , quam Missa , ut patet , percutrendo omnes cæremonias , quæ in Ecclesiâ exercentur : Ergo Missa est Sacrificium strictè sumptum . 4°. Sacrificium strictè sumptum est oblatio externa facta soli Deo , quâ res aliqua sensibilis & permanens ritu mystico consecratur & transmutatur in professionem summi Domini , quod habet Deus supra creaturas. Ideo victimæ viventes in lege Mosaica occidebantur ; victimæ vero inanimatæ , v. g. thus & Thymiana comburebantur ; victimæ liquidæ , v. g. oleum & vinum effundebantur : Christus autem in Missâ , quæ incruentum est Sacrificium , non occiditur Physicè , quia jam non moritur , sed occiditur mysticè , quatenus Christus in Eucharistia , ut pote carens extensione in ordine ad locum , caret exercitio victimæ sensitivæ , quæ necessario exigit quantitatem extensam in ordine ad locum ; nihil videt oculo corporeo , nihil audit aure corporeâ , & in gratiam nostri privat se omnî sensuum externorum exercitio , quatenus est in hoc Sacramento. Denum occiditur Christus , non lanceâ separante sanguinem à corpore , sed consecratione quodammodo dividente corpus à sanguine. Nam ex vi istorum verborum : hoc est corpus meum , ponitus Corpus Christi , id est , substantia Christi , quatenus habet partes solidas aptas ad mandationem Sacramentalem ; & ex vi istorum

verborum : hic est calix , ponitur Sanguis Christi , id est , substantia Christi , quatenus habet partes fluidas aptas ad potum Sacramentalem.

Consecaria , quæ sequuntur immediate ex predicta propositione : *Missa est Sacrificium.*

C O N S E C T A R I U M I. Eucharistia , quatenus Sacramentum differt à seipsā , quatenus est Sacrificium ; quippe quatenus est Sacrificium , respicit Deum , ut ei offeratur ; quatenus Sacramentum , respicit populum , vel ut ab eo adoretur , vel ut ei distribuatur.

C O N S E C T A R I U M II. Sacrificium Eucharistiae non differt à Sacrificio Crucis , nisi ratione modi offerendi ; quia Christus , qui seipsum obtulit in cruce modo cruento , ille idem offertur in altari modo incruento , ut docet Trid. ses. 22. c. 2.

C O N S E C T A R I U M III. Minister Eucharistiae , quatenus est Sacrificium , est triplex , Christus , Sacerdos , & populus . Primus est Christus , qui est Sacerdos in æternum , qui seipsum ab initio mundi in singulis Sacrificiis obtulit in figurā ; realiter autem & cruentē in cruce , incruentē & mysticē se offert in Missa , perpetuo verò & absque velamine se offert in patria . Secundus est Sacerdos ad hoc ordinatus . Tertius est populus , qui unā cum Presbitero offert eo modo , quo & ipse offertur . Ut docet Aug. lib. 10. de civ. Dei. c. 4.

C O N S E C T A R I U M IV. Sacrificium Missæ offerri potest pro his omnibus , pro qui-

64 MORALIS CHRISTIANA;
bus Ecclesia offerri permittit. 1°. Pro omnibus.
2°. Pro Catechumenis. 3°. Pro infidelibus & Hæreticis. 4°. Pro mortuis in Purgatorio existentibus.

CONSECTARIUM V. Missæ Sacrificium est Latreuticum, Eucharisticum, propitiatorium & impetratorium. Latreuticum, quatenus offertur Deo in protestationem adorationis latræ ei debita. Eucharisticum, quatenus offertur Deo, ut gratias agat de Beneficiis toti Ecclesia pœnitentibus. Propitiatorium, quatenus offertur Deo in propitiationem & satisfactionem pro peccatis. Impetratorium, quatenus offertur Deo ad impenitandas gratias, quæ sunt Ecclesiæ ad fidelium salutem necessariæ.

C A P U T Q U I N T U M.

De Pœnitentia.

ARTICULUS PRIMUS.^{ad}

In quo traditur & explicatur definitio pœnitentie.

PŒNITENTIA est duplex, pœnitentia ut virtus, seu interior : pœnitentia ut Sacramentum, seu exterior.

Pœnitentia ut virtus, seu interior est species justitiae commutativæ, emendatoria peccati præteriti, in quantum est offensa Dei. D. Thom. 3. p. q. 85. 1°. Dicitur virtus, ut distinguitur ab ea pœnitentia, quæ non est voluntaria, qualis reperitur in damnatis, de quibus

dicitur sap. 5. v. 3. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatae salutis justorum, dicentes intra se, pænitentiam agentes, & pœ angustia spiritus gementes. Vel ut distinguitur ab ea pænitentia, quæ non ex amore virtutis, sed ex turbatâ conscientiâ provenit: qualis fuit pænitentia Iudæ, de quo dicitur: *Pænitentia ductus retulit triginta argenteos.* ... dicens, peccavi tradens sanguinem justum. 2°. Dicitur virtus justitiae commutativæ; quia pænitentia cessationem & recompensationem exigit; cessationem quidem, ut distinguitur ab ea pænitentia, quæ est in quibusdam peccatoribus, in quibus, inquit Clymacus grad. 15. num. 31. est accusatio & condemnatio suorum peccatorum, sed non est cessatio. Includit etiam recompensationem; quia per pænitentiam Deo offenso satisfacere intendimus, non quidem rigidè, sed uti potest filius satisfacere patri, dicendo cum filio prodigo: *Pater peccati in cœlum & coram te, non sum dignus vocari filius tuus.* 3°. Additur emendatoria peccati, ut distinguitur à charitate, quâ de quocumque peccato sive nostro, sive alieno tristamur, quatenus est offensa Dei; per pænitentiam vero peccata nostra emendamus, & pro eis satisfacere intendimus.

Pænitentia ut Sacramentum, est cæmonia sensibilis à Christo Domino instituta in qua baptizatis lapsis, iisque verè contritis, sincere confessis, & pro virili satisfacere proponentibus, à sacerdote jurisdictionem habente, per modum actus judicialis impeditur absolutio à quibuscumque peccatis, & confertur gratia resuscitans

Explicatur tradita definitio.

1°. Est cæmeronia sensibilis; quia quatenus est à Sacerdote sensibilitè appetit, tum per hæc verba: *Ego te absolvo*, tum per alias actiones sensibiles, quas Sacerdos tamquam iudex exercet, v. g. interrogando pœnitentem, eiique pœnitentias salutares imponendo. Quatenus est à pœnitente est etiam sensibiliis per confessionem, & per alios actus, quibus pœnitens manifestat se interius dolere de peccatis. 2°. Dicitur à Christo Domino instituta; Sacramenti enim pœnitentiae autor Christus est: habebat quippe potestatem dimitendi, & retinendi peccata, non solum prædicando, sed etiam remissionem impendendo, aut denegando, fuerat enim hæc vis Christo promissa Isa. 22. v. 22. *Dabo clavem domus David super humerum ejus, aperiet, & non erit, qui claudat, claudet, & non erit, qui aperiat.* Quæ etiam ei data est, ut dicatur Apocal. 3. v. 7. *Hæc dicit Sanctus & verus, qui habet clavem David, & qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit.* Eā quoque usus est. Math. 9. v. 6. *Ut autem scias, quia filius hominis habet potestatem dimitendi peccata.* Tandem potestatem dimitendi & retinendi peccata, quam habebat, promisit Ecclesiæ in persona Petri, Math. 16. *Tibi dabo, inquit, claves regni cœlorum, quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcumque solveris super terram,*

erit solum & in cœlis. Eam demum tradidit Ecclesiæ Joan. 20. *Accipite spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, quorum retinueritis, retenctæ sunt.* Eaque potestate usi sunt Apostoli, totaque Ecclesia. 1. cor. 5. *judicavi*, inquit Paulus, *ut præsens eum, qui sic operatus est, tradere satanæ in interitum carnis.* & 2. ad cor. 2. *cui donastis, & ego, . . . donavi in persona Christi.* 3°. Dicitur quod per modum actus judicialis impendatur absolutio à quibuscumque peccatis, &c. Quia pœnitentia est tribunal judiciale, in quo, inquit Trident. sess. 14. cap. 2. lapsi post baptismum Sacerdotibus sistunt se; ut per Sacerdotum sententiam non semel, sed quoties ab admissis peccatis ad ipsum pœnitentes con fugerint, possint liberari. 4°. Dicitur, quod absolutio impenditur à Sacerdotibus jurisdictionem vel ordinariam vel delegatam habentiibus; quia, ut ait Trid. sess. 14. cap. 7, *Natura & ratio judicij illud exposcit, ut sententia in subditos dumtaxat feratur. . . . unde nullius momenti absolutio ea debet esse, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut subdelegatam non habet jurisdictionem.* 5°. Dicitur, quod absolutio impendatur verè contritis, sincere confessis, & satisfacere quantum in ipsis est proponentibus; quia, ut ait Florentinum & Tridentinum, hi actus pœnitentis non solum sunt dispositiones necessariæ ad consequendam gratiam, sed etiam quasi materia Sacramenti pœnitentiarum; & proinde sine illis actibus stare nequaquam potest Sacramentum illud: sicuti dati nequit Baptismus sine sua materia, scilicet aqua. 6°. Dicitur quod per

pœnitentiam confertur gratia resuscitans à peccato, & virtutes per peccatum ablatas restituens ; quippe , ut docet Tridens sess. 14. cap. 1. vis & efficacia hujus Sacramenti est reconciliatio cum Deo. Et alibi ut docet idem Concilium loquens de justificatione , transimus à statu peccati ad statum gratiæ , & surgitus à statu mortis ad statum vitæ. Demum in ipsa justificatione cum remissione peccatorum hæc omnia simul infusa accipit homo . . . fidem , spem , & charitatem. . . & primam stolam pro illa , quam Adam suâ inobedientiâ sibi & nobis perdidit. sess. 4. cap. 7.

ARTICULUS II.

De pœnitentia, quatenus est cæmeronia sensibilis.

PROPOSITIO unica. Pœnitentia est cæmeronia sensibilis conferens gratiam. 1°. Quia nihil aliud intelligimus per eam pœnitentiam , quam in Ecclesia exercemus , dum ad pedes Sacerdotum provolvimur , & ab illis absolutionem accipimus. 2. Quia huic cæmeroniæ sensibili Deus promisit remissionem peccatorum juxta illud : *quorum remissionis peccata , remittuntur eis* ; & proinde huic eidem cæmeroniæ promisit gratiæ collationem. 3° Quia , ut ait Chrysost. lib. 3 de Sacerdotio , *Apostolis data est potestas , que neque Iudeorum Sacerdotibus data est ; nam corporis Lepram probabant , non purgabant . . . ut enim inquit idem doctor , demonstraret Christus Ecclesiam non esse inventum diaboli . . . sicut eam ornavit Deus Virginitatis splen-*

dore , Martyrum patientiâ , luce prophetiæ , spirituum potestate , gloriâ miraculorum , ita donavit eam remittendorum peccatorum potestate : unde Joannes ait , majora horum faciet.. 4^o. Quia , ut ait Ambr. 1^o. de pœnitentia cap. 6. dedit Christus discipulis , ut mortuos suscirent , & cum ipse Saulo reddere posset usum videndi ; eum tamen ad Ananiam discipulum suum misit , & 2. de pœnit. cap. 2. Impossibile videbatur per pœnitentiam peccata dimitti , concessit hoc Christus Apostolis suis , quod ab Apostolis ad Sacerdotum Officia transmissum est. Ergo pœnitentia est cæremonia sensibilis conferens gratiam.

Pœnitentia est cæremonia sensibilis conferens gratiam.

Ergo pœnitentia est verum novæ legis Sacramentum : cæremonia enim sensibilis , cuius exercitio alligata est promissio gratiæ , est verum Sacramentum , ut patet ex definitione Sacramenti in superiori parte tradita .

Pœnitentia est verum novæ legis Sacramentum.

Ergo est Sacramentum distinctum à Baptismo : sicuti enim specialis est cæremonia , & diversa à Baptismo , ita & speciale Sacramentum diversum à Baptismo . Et quidem multis rationibus à Baptismo differre dignoscitur , ut ait Trid. sess. 14. cap 2. primò materiâ & formâ , cum materia Baptismi sit aqua Elementaris , forma vero hæc verba : *Ego te Baptizo* , &c. Materia vero pœnitentia sicut

actus pœnitentis , forma vero in his verbis sita sit : *Ego te absolvō* , &c. Secundò ratione subjecti , cum subjectum Baptismi sit homo quilibet ab Adamo procedens ; subjectum verò pœnitentiæ sit solus homo Baptizatus , & in peccatum relapsus ; qui enim Baptizatus non est , quantumvis peccator , Sacramento pœnitentiæ absolvī non potest : *Cum Ecclesia in neminem judicium exerceat* , *qui non prius in ipsam per Baptismi januam fuerit ingressus*. Quid enim mihi , inquit Apostolus , de his , qui foris sunt , judicare. Et qui post Baptismum in peccatum , tum mortale , tum veniale lapsus non esset , ut constat de Virgine , pœnitentiæ Sacramento non egeret.

Tertio pœnitentia differt à Baptismo , ratione Ministri , cum quilibet homo Baptizare valeat , solus vero Sacerdos approbatus vidi queat absolvere. Quarto ratione effectus , cum Baptismus novam penitūs creaturam Baptizatum efficiat ; ad quam tamen novitatem & integritatem per Sacramentum pœnitentiæ , sine magnis nostris fletibus & laboribus , divinā id exigente iustitia pervenire nequaquam possumus : ut merito pœnitentia laboriosus quidam Baptismus à Sanctis Patribus dictus fuerit. Ideo can. 2. dicitur : si quis Sacra menta confundens ipsum Baptismum , pœnitentiæ Sacramentum esse dixerit , quia hæc duo Sacra menta distincta non sint , atque ideo pœnitentiam non ritè secundam post naufragium tabulam appellari ; anathema sit.

Pœnitentia est Sacramentum distinctum à Baptismo.

Ergo male dicitur ab hereticis pœnitentiam nihil aliud esse, quam memoriam suscepti Baptismi; solâ enim Baptismi memoria non solvuntur peccata commissa post Baptismum, sed & remittuntur per verum aliquod Sacramentum diversum à Baptismo, ut expressè docet Aug. Epis. 23. ubi sic habet sⁱ infans, inquit, incipiat propria habere peccata, illa non regeneratione auferuntur, sed aliâ curatione sanantur. Et Pacianus. Epis. 3. sic distinguit pœnitentiam à memoria Baptismi: *Baptismus est, inquit, Sacramentum Dominicæ Passionis, pœnitentium venia meritum confitentis: illud omnes adipisci possunt; quia gratiæ donum est, id est gratuita donatio. Labor verù iste paucorum est, qui post casum resurgunt, qui lacrymosis vocibus adjuvantur.* Et lib. 2. de adulterinis conjugiis hæc haber. *Si à Catechumeno factum est homicidium, Baptismate abluitur: si à Baptizato, pœnitentiâ, & reconciliatione sanatur.*

Male dicitur ab hereticis pœnitentiam nihil aliud esse, quam memoriam suscepti Baptismi.

Ergo quando adulti Baptizati labuntur in peccatum, non ita sunt revocandi in suscepti Baptismi memoriam, ut solâ recordatione suscepti Baptismi peccata omnia, quæ post Baptismum fiunt, vel dimitti, vel venialia fieri credant ut expressè monet Tridentinum.

sed hortandi sunt, ut ad aliud Sacramentum; scilicet pœnitentiam recurrant. Ea enim fuit, ut testatur Aug. fidelium omnium sæculorum pia consuetudo, ut peccatores non regenerati Baptismum, regenerati verò lapsi Sacramentum pœnitentiæ à Ministris enizè postularent. Ita enim habet Epis. 180. In civitatis obsidione alii Baptismum postulant, alii reconciliationem, alii pœnitentiæ ipsius actionem, omnes consolationem & Sacramentorum confectionem, & erogationem, ubi si ministri desint, magnum exitium sequi in his, qui de hoc sæculo exeunt, vel non regenerati, vel ligati, magnumque luctum fidelium, qui eos secum in vita requie non habebunt. Quod haud dubiè non dixisset, si ad peccatorum remissionem sola sufficeret Baptisni suscepiti recordatio.

ARTICULUS III.

De Pœnitentiæ Sacramento quatenus instituto à Christo.

PROPOSITIO unica. *Pœnitentia est Sacramentum institutum à Christo ad remittendum peccata commissa post Baptismum.* 1º. Quia nihil aliud per pœnitentiam intelligimus. 2º. Quia sicuti Christus providit Ecclesiæ Sacramentum Baptismi ad remittendum peccatum originale, ut colligimus ex istis verbis: *euntes docete omnes gentes, Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti:* ita & providit Sacramentum pœnitentiæ ad remittenda peccata commissa

missa post Baptismum, ut possumus colligere ex istis verbis: *quorum remiseritis peccata, remittuntur eis*; peccata enim mortalia commissa post Baptismum non minus arcent nos à gloria consequendā, quām ipsummet peccatum originale. 3º. Quia quamvis per contritionem perfectam ab adulto elicitam peccatum originale remitti possit; tamen voluit Christus instituere Sacramentum sensibile, scilicet Baptismum, quo & certius, & faciliter, & efficacius tolleretur peccatum originale: ita licet peccata, tum mortalia, tum venialia commissa post Baptismum possint per perfectam contritionem aboliri; tamen voluit Christus pœnitentiæ Sacramentum instituere, quo & certius & faciliter & efficacius singula peccata saltem mortalia remitterentur. ideo dicit Trid. sess. 14. can. 1. *Si quis dixerit, inquit, in Catholica Ecclesia pœnitentiam, non esse vere & propriè Sacramentum pro fidelibus, quoties post Baptismum in peccata labanir, ipsi Deo reconciliandis à Christo Domino institutum: anathema sit.*

Pœnitentia est Sacramentum institutum à Christo ad remittenda peccata commissa post Baptismum.

Ergo nullum est peccatum commissum post Baptismum, quantumvis fuerit enorme, quod per Sacramentum pœnitentiæ, nedum coram hominibus, sed etiam coram Deo, vere remitti non valeat: etenim cum pœnitentiæ Sacramentum conferat gratiam Christi, & gratia Christi quocumque peccatum de-

Ieat, pœnitentia instituta à Christo quodcumque peccatum deletere poterit. Et si juxta scripturam contritio quodcumque peccatum abstergat, ut constat istis verbis. *Si impius egerit pœnitentiam, omnium iniquitatum ejus non recordabor amplius; illud idem præstare poterit pœnitentia, cum pœnitentia ut Sacramentum sit majoris efficacij, quam pœnitentia ut vittus.*

Nullum est peccatum commissum post Baptismum, quantumvis fuerit enorme, quod per Sacramentum pœnitentiae; nedum coram hominibus, sed etiam coram Deo verè remitti non valeat.

Ergo si in scriptura, in patribus & Conciliis reperiantur, phrases aliquæ, quibus asserti videatur esse quædam peccata irremissibilia; hæ expressiones non debent sumi absolute, sed in benigniore sensu sunt explicandæ, v. g. Si dicatur quod dentur peccata irremissibilia, qualia sunt peccata recidivæ, peccata in spiritum Sanctum. Sic distingui possunt illæ propositiones.

Moraliter. C. Quia difficulter remittuntur, cum ponant obicem gratiæ. *Physice.* N. Quia si attendatur efficacia Sacramenti pœnitentiae, nullum peccatum est irremissibile. *Fictè dolentibus.* C. Quia retinent affectum peccandi, tales fuerunt Caïn, Saul, Antiochus, Judas. *Sincere dolentibus.* N. Quia sincere dolentes Deus non rejicit, sic Davidem, Manassen, Petrum, Deus non rejicit. *Per gratiam Regenerantem.* C. Quia semel

DE POENITENTIA IN PARTICULARI. 75
tantum Baptisma potest conferri, sicut Christus semel mortuus est. Per gratiam resuscitantem. N. Quia pluriē potest pœnitentia conferri, sicuti possumus plures peccare. Per pœnitentiam solemnam. C. Quia hæc pœnitentia semel tantum conferebatur in Ecclesia. Per pœnitentiam non solemnam. N. Quia pœnitentia non solemnis conferebatur sæpius, & nulli negabatur.

Nullum datur absolutè peccatum irremissibile in Ecclesia, modo sincerè doleamus.

Ergo Sacramentum pœnitentiæ potest sæpius iterari, imò totiē iterari debet, quotiēs peccator sincerè dolet de suis peccatis, alias esset aliquod peccatum, quod omnino esset irremissibile, quod tamen falsum est; dicit enim scriptura absolutè & sine restrictione loquens de pœnitentia prout est virtus, *omnium iniquitatum ejus non recordabor amplius.* Et loquens de pœnitentia, prout est Sacramentum quodcumque solveris, &c. De quo ita loquitur Pacianus Epist. 3. *quacumque solveritis, inquit, omnino nihil exceptit, quæcumque, inquit, vel magna, vel modica.* Et sicuti voluit Deus his, à quibus lædimur, veniam nos concedere, non solum semel, aut bis, aut ter, aut septiē, sed septuagies septiēs, id est quotiēs petierint; ita sentiamus Deum nobis totiē veniam impetratum, quotiē ad eum pœnitendo accesserimus; quia dixit: *estote misericordes, sicut pater vester cœlestis misericors est.* Et cum Christus sit propitiatio, non tantum pro peccatis nos-

tris, sed etiam pro peccatis totius mundi, eum pro omnibus mortuus sit, cum Ecclesia pro omnibus peccatoribus preces effundat; nullus est peccator modo sincerè pœnitent, quem à Beneficio Sacramenti pœnitentiae excludere debeamus. Et sicut quandiu hic in terris est, malitiā suā potest à gratiā excedere; ita misericordiā salvatoris potest à peccato ad gratiam redire.

Sacramentum pœnitentiae potest & debet saepius iterari, imò taliēs, quotiēs sincerè doluerit peccator, quantumvis flagitosus fuerit.

Ergo nulla umquam fuit, vel lex, vel consuetudo universalis in Ecclesia denegandi absolutionem Sacramentalem peccatoribus etiam insignioribus in mortis articulo, si vel per se ipsos, vel per alios signa darent pœnitentiae. Ecclesia enim ut pote sponsa Christi, & à Spiritu Sancto directa, non potuit denegare pœnitentibus ritè dispositis illud remedium, quod Christus pro peccatis post Baptismum commissis instituerat: imò in Concilio Nicæno. can. 12. Hanc plenam consolationis regulam constituit: *De his vero, inquit, qui recedunt ex corpore, antiquæ legis regula observabitur eisam nunc, ita ut si forte quis recedat ex corpore, necessario viae viatico non defraudetur.* Per viaticum autem juxta multos non intelligitur Eucharistia, sed absolutio. Et can. 51. adscriptus Apostolis ita habet: *Si quis Episcopus aut Presbyter, eum, qui à peccato revertitur, non recipit, sed rejicit, deponit, eo quod Christum offendat,*

DE POENITENTIA IN PARTICULARI. 77
qui dixit ob unum peccatorem, qui respiccat,
gaudium oboriri in cælo.

Nulla unquam fuit vel lex, vel consuetudo universalis denegandi absolutionem Sacramentalem peccatoribus in mortis articulo constitutis, si signa darent pænitentie, vel per se ipsos, vel per alios.

Ergo si Ecclesia aliquando etiam in mortis articulo denegaverit absolutionem Sacramentalem reis idolatriæ, homicidii, & moechiæ, ut innuit Cypr. Epistol. data ad Antonianum, ea consuetudo non viguit in Ecclesia universalis, sed solum in quibusdam Ecclesiis particularibus, v. g. in Africa, imo & in Gallia viguit diu consuetudo denegandi absolutionem reis damnatis ad mortis supplicium, quam abrogavit Carolus 6. motus precibus cleri Gallicani. Imo Ecclesiæ illæ particulares diversimode omninù à Novatianis absolutionem insignioribus sceleratis in mortis articulo negabant; etenim Montanistæ & Novatiani id faciebant desperatione veniæ, eoquod crederent peccata mortalia à solo Deo posse remitti, minimè vero ab Ecclesia, ut non obscurè docet Tertul. jam factus Montanista lib. de pudic. in fine cap. 18. *Pænitentia*, inquit, post fidem aut levioribus delictis veniam ab Episcopo consequi poterit, aut majoribus & irremissibilibus à solo Deo. Ecclesia verò id faciebat non desperatione veniæ, sed vigore discipline, ut dicit August.

ARTICULUS IV.

*De Sacramento Pœnitentiae , quatenus est
actus judicialis.*

PROPOSITIO unica. Pœnitentiae Sacramentum est tribunal judiciale , in quo pœnitens sifit se Sacerdoti tamquam judici , ut ab eo absolutionem peccati sui obtineat. Ceu in illo Sacramento Sacerdos est judex , & pœnitens est reus. 1°. Quia nihil aliud intelligimus per Sacramentum pœnitentiae. 2°. Quia verba illa , quorum remiseritis peccata , &c. Intelligenda sunt de potestate , quam habent Sacerdotes remittendi peccata , ut docet Trid. sess 14. can. 3. Remittendi , inquam , per modum judicij: Ideo idem Concil. anathema dicit illi , qui dixerit absolutionem Sacramentalem Sacerdotis , non esse actum judiciale. can. 9. 3°. In pœnitentiae Sacramento remittuntur peccata juxta illud : quodcumque solveris super terram , erit solvum & in Cœlis. Non remittuntur per simplicem condonationem ; quia Deus ex vi presentis decreti exigit sibi rependi condignam satisfactionem per Christum. Non remittuntur per plenam satisfactionem Christi nobis applicatam per modum regenerationis , quâ efficiamus novæ creaturæ ; hoc enim fit solum in Baptismo. Ergo remittuntur per modum judicij , in quo contriti , confessi , & parati satisfacere judicemur , & cum onere reparandi offenditam Deo illatam absolvimur.

*In collatione & receptione pœnitentiae pœnitens
est reus, & Sacerdos est judex.*

Ergo in collatione & receptione Sacramenti pœnitentiae requiruntur quædam ex parte pœnitentis, qui judicatur, & quædam ex parte Sacerdotis, qui judicat; in omni quippe processu judiciali requiruntur quædam ex parte illius, qui judicat, & quædam ea parte illius, qui judicatur.

*In collatione & receptione Sacramenti pœnitentiae requiruntur quædam ex parte Sacerdotis,
qui judicat, & quædam ex parte rei, qui judicatur.*

Ergo ex parte Sacerdotis, qui judicat, requiruntur hæc tria, scilicet autoritas judicandi, scientia discernendi, & absolutio his verbis concepta: *Ego te abservo*, &c. Requiritur pariter ex parte pœnitentis contritio, quâ de peccatis doleat, confessio, quâ peccata Sacerdoti patefaciat, & satisfactio, quâ Deum offenditum placare proponat: uti enim in forensibus causis non exercetur validè judicium, nisi in judice sit autoritas judicandi, scientia discernendi, & sententia, quâ reum, vel damnet, vel absolvat, & nisi pariter sit reus, qui vel propriâ Confessione, vel certo accusatorum testimonio convincatur, quique voluntariâ, vel involuntariâ pœnâ parti læse satisfaciat Ita pariter cum pœnitentia sit actus judicialis, non validè confertur, nisi in ministro pœnitentiae se

autoritas judicandi , scientia discernendi peccata , & actio , quâ pœnitentem , vel liget , vel absolvat , ejusque peccata , vel remittat , vel retineat ; & nisi sit in pœnitente voluntaria contritio , quâ de peccatis commissis doleat , confessio , quâ Sacerdoti statum suum sincerè patefaciat , & voluntaria satisfactio , quâ offendam Deo illatam reparare studeat .

In Collatione & receptione Sacramenti pœnitentiae requiriuntur necessario ex parte pœnitentis contritio , confessio , & satisfactio , & ex parte Sacerdotis autoritas judicandi , scientia discernendi , & absolutio .

Ergo non male dicitur , quod prædicti actus pœnitentis habeant rationem materiae , & absolutio Sacerdotis habeat rationem formæ ; in omni enim actu judiciali processus contra reum habet rationem materiae , & actio judicis habet rationem formæ : sententia enim judicis est quasi forma determinans singula , quæ in processu judiciali peraguntur , cui concordat Trident . sess . 14 . cap . 3 . docet præterea sancta Synodus Sacramenti pœnitentiae formam . . . in illis ministri verbis posuam esse : Ego te absolvo . . . sunt autem quasi materia hujus Sacramenti ipsius pœnitentis actus , nempe contritio , confessio , & satisfactio . Idemque antea dixerat Eugenius instructione ad Armenos his verbis : quartum Sacramentum est pœnitentia , cuius quasi materia sunt actus pœnitentis . . . forma hujus Sacramenti est , Ego te absolvo ; ergo actus pœnitentis habent rationem materiae & legitimam absolutio habet rationem formæ .

In Sacramento Pœnitentie actus pœnitentis, scilicet contritio, confessio, & satisfactio habent rationem materiae, & absolutio legitima sacerdotis habet rationem formæ.

Ergo si desint vel actus pœnitentis, qui sunt materia, vel actus sacerdotis, qui sunt forma, non erit Sacramentum Pœnitentiae; quia sicuti compositum Physicum stare nequit sine sua materia & sua forma, ita neque Sacramentum.

Si desint vel actus pœnitentis, qui sunt materia, vel actus sacerdotis, qui sunt forma, non erit Sacramentum Pœnitentiae.

Ergo in sequentibus casibus non est Sacramentum Pœnitentiae, quamvis interveniant aliquæ cæremouix, quæ ad Sacramentum Pœnitentiae videntur pertinere. 1°. Quando pœnitens accedit ad sacerdotem, vel neque attritus, neque contritus, vel nullatenus confessus, vel nullatenus volens Deo satisfacere: quia tres illi actus sunt materia Sacramenti Pœnitentiae. Ergo sicuti sine aquâ, quæ est materia Baptismi, nullum est Sacramentum Baptismi: ita sine prædictis actibus nullum est Sacramentum Pœnitentiae. 2°. Quando pœnitens accedit contritus, confessus, & satisfacere proponens, & non est sacerdos, qui habeat autoritatem absolvendi vel si habeat, non proferat hæc verba: *Ego te abservo.* Sicuti enim non est Baptismus, si non sit minister legitimus, vel si minister legitim-

mus , non proferat hæc verba : *Ego te baptizo.*
Ita non est Pœnitentia , si non sit minister
legitimus , qui legitimè proferat hæc verba :
Ego te absolvo. 3°. Quando contritio , con-
fessio , satisfactio , & absolutio est omnino
interior & insensibilis ; sicuti enim materia &
forma cujuslibet Sacramenti debet esse sensi-
bilis , ita materia & forma Sacramenti Pœ-
nitentiæ : & ita absolutio data moribundo
etiam interius contrito qui nulla dat aut de-
dit , saltem pervitam ante-aetam signa pœni-
tentiae , non est Sacramentalis ; quia cadit
supra materiam indebitam , scilicet omnino
insensibilem : sicuti & nulla esset pariter ab-
solutio , quam sacerdos optaret interius im-
pendere , quam tamen nullatenus exterius
promeret. 4°. Quando contritio , confessio ,
satisfactio , & absolutio non est talis , qualis
ab Eugenio concisè his verbis exprimitur :
*Tres sunt , inquit , pœnitentiae partes , quarum
prima est cordis contritio , ad quam pertinet , ut
doleat de peccato commisso cum proposito non
peccandi de cætero. Secunda est oris confessio ,
ad quam pertinet ut peccator omnia peccata ,
quorum memoriam habet , suo sacerdoti con-
fiteatur integraliter. Tertia est satisfactio pro
peccatis secundum arbitrium sacerdotis , quæ
quidem sit præcipue per orationem , jejunium ,
& elemosynam. Forma hujus Sacramenti est :*
Ego te absolvo , &c.

ARTICULUS V.

De poenitentia, quatenus est actus judicialis per solos Episcopos vel sacerdotes jurisdictionem habentes exercendus.

PROPOSITIO unica. *Absolutio Sacramentalis potest solum impendi ab Episcopis & sacerdotibus jurisdictionem ordinariam vel subdelegatam habentibus.*

1° Quia nihil aliud intelligimus per absolutionem Sacramentalem. 2° Quia Concil. Trid. damnat eos , qui dicunt , quod quivis potestatem habeat remittendi peccata , publica quidem per correptionem , si correptus acquieverit ; secreta vero per spontaneam confessionem cuicunque factam . Seff. 14 cap. 6. 3° Quia actus judicialis exerceatur ab eis , qui habent jurisdictionem , ut patet in judiciis forensibus ; soli autem Episcopi & sacerdotes ut potest habentes potestatem consecrandi corpus Christi naturale , possunt habere veram jurisdictionem internam supra corpus Christi Mysticum seu fideles.

Absolutio sacramentalis potest solum impendi ab Episcopis & sacerdotibus habentibus jurisdictionem , vel ordinariam , vel delegatam.

Ergo ad conferendam absolutionem à peccatis in foro interiori duplex potestas requiritur , potestas ordinis , & potestas jurisdictionis : Potestas ordinis est potestas collata in ordinatione , per quam , qui sacerdos or-

dinatur , potest consecrare corpus Christi ;
Potestas jurisdictionis est deputatio sacerdo-
tis ad audiendas confessiones collata , vel per
beneficium , cui Annexa est Cura animarum ,
vel per approbationem factam à legitimo su-
periore v. g. à Papa circa omnes fideles , ab
Episcopo circa suos Diœcesanos , ab Abbatे
circa regulares sibi subditos .

*Ad conferendam valide absolutionem duplex re-
quiritur potestas , scilicet potestas ordinis ,
& potestas jurisdictionis .*

Ergo potestas ordinis , quâ consecrari po-
test corpus Christi per Ecclesiæ ordinatio-
nem , nec limitari , nec suspendi potest ;
bene tamen potestas jurisdictionis , quâ sci-
licet judicari possunt fideles in foro interio-
ri . Potestas enim ordinis sita est in caractere
collato in ordinatione , qui character nec amitti
potest , nec suspendi ; potestas verò jurisdic-
tionis sita est in deputatione ad judicandos
fideles , qui fideles possunt à jurisdictione
nostra per Ecclesiam substrahi , sicuti à ju-
dice forensi substrahuntur interdum subditi ,
qui ab illo judicari possent .

*Potestas ordinis nec amitti potest nec suspendi ,
bene tamen potestas jurisdictionis .*

Ergo diversum potest esse in Ecclesia ju-
risdictionis exercitium , prout Ecclesia uti-
lius judicat ad fidelium salutem : Sicuti in
forensibus diversum est in judicandis causis
exercitium , prout princeps utilius judicat ad
subditorum

Diversum potest esse in Ecclesia jurisdictionis exercitium.

Ergo si consulatur historia Ecclesiastica diversum reperiemus exercitium ejus jurisdictionis, quæ in conferendo Sacramento Pœnitentiae exercetur.

Initio Ecclesiae quilibet sacerdos, qui habebat potestatem ordinis, habebat & potestatem jurisdictionis circa fideles illius Ecclesiae; cui per ordinationem alligabatur; nullæ enim tunc erant ordinationes vagæ; sed quilibet Clericus alicujus Ecclesiae ministerio addicebatur.

Post exortam hæresim Montanistarum non singulis sacerdotibus fas fuit confessiones audire; sed constituti sunt pœnitentiarii, ut docet Socrates lib. 51. cap. 19. Ecclesiarum, inquit, Episcopi Canoni adjunxerunt, ut in singulis Ecclesiis Presbiter quidam Pœnitentiæ præfasset, quò qui post baptismum lapsi fuissent coram Presbitero ad eam rem designato peccata sua confiterentur. Idem tradit Sozomenus hist. 17. additque deputatum esse Presbiterum, cuius conversatio esset optima, tenacem etiam secretorum & prudentem, ad quem, qui deliquerant accedentes, quæ gesissent, confiterentur. Neptarii tempore abrogatus est ille pœnitentiarius in Ecclesia Constantinopolitana, eo quod mulier in confessione publica, quæ ei injuncta fuerat, ultra mandatum progressa complicem sui criminis Diaconum prodidisset, licetumque fuit cuili-

86 MORALIS CHRISTIANA;
bet, ut pro suâ conscientiâ ad Communio-
nem Eucharisticae accederet, non tamen
propterea sublatus est confessionis usus, ut
quidam conjiciunt ex isto loco Sozomeni;
sed sublatus est usus confessionis publicæ,
& licitum fuit ad quemlibet sacerdotem ac-
cedere, sublato Pœnitentiario cuilibet sa-
cerdoti fas fuit absolutionem impendere. Sed
postea admissis vagis ordinationibus, divisi-
que in varios titulos beneficiis, hi soli sa-
cerdotes cooperunt in Ecclesia jurisdictionem
habere, qui vel habuerunt beneficia, quibus
annexa est cura animatum, vel qui fuerunt
delegati & approbati ab Episcopo, & talis
est præsens Ecclesiæ disciplina à Concilio
Tridentino explicata, sess. 14. cap. 6.

ARTICULUS V.

*De Sacramentali absolutione, quatenus impen-
ditur solùm verè contritis, sincere confessis,
& pro virili satisfacere proponentibus.*

PROPOSITIO unica. *Absolutio Sacra-
mentalium non debet impendi nisi verè con-
tritis, sincere confessis, & pro virili satisfa-
cere proponentibus.*

- 1º. Quia nihil aliud intelligimus per Sacra-
mentalem absolutionem legitimè impensam.
- 2º. Quia Concilia & Patres eas disposicio-
nes exigunt in his, qui absolvuntur. Ideo
legimus in omnibus Indulgentiarum Bullis,
quod Indulgentiæ non dentur nisi verè con-
tritis, & Sincere confessis, si absolutione
cegeant.
- 3º. Quia Sacramentum Pœnitentiæ

DE POENITENTIA IN PARTICULARI. 87
transfert à statu peccati propria voluntate commissi ad statum gratiae voluntariè accepitæ : Ergo exigit actus à nobis elicitos , quibus ad eam gratiam disponamus ; & proinde exigit contritionem , quâ verè doleamus de peccato , confessionem , quâ sincerè peccatum nostrum patefaciamus , & animum , quo pro codem peccato satisfacere intendamus .

Consecaria hujus Doctrinae.

§. I. De necessitate contritionis in Sacramento Pœnitentiaæ.

Contritio verè sufficiens ad impetrandam veniam in Sacramento Pœnitentiaæ est animi dolor , & detestatio de peccato commisso , cum proposito non peccandi de cœtero , cum spe veniaæ , & voto ritè suscipiendi Sacramentum Pœnitentiaæ . Ita Trid. sciss. 14. cap. 4.

Contritio sic descripta est necessaria ad absolutionem percipiendam , necessaria , inquam . non solum per modum dispositionis ad gratiam consequendam , sed etiam per modum materiae constituentis Sacramentum Pœnitentiaæ .

Ergo totiæ Sacramentum Pœnitentiaæ est nullum , quoties deest contritio , vel attritio , quæ est materia Pœnitentiaæ . Sicut enim Sacramentum Baptismi est nullum , quoties non adhibetur aqua , quæ est illius materia ; ita totiæ Sacramentum Pœnitentiaæ est nullum , quoties non adest contritio , vel attritio , quæ est ejus materia .

Toties Sacramentum Pœnitentiae est nullum,
quoties deest attritio, vel contritio.

Ergo nullus est casus, in quo Sacramen-
 tum possit esse validum & informe; quia ea
 carentia contritionis, quæ Sacramentum red-
 dit informe, eadem reddit Sacramentum in-
 validum & nullum, cum attritio vel contri-
 tio sit non solum dispositio ad gratiam con-
 sequendam; sed insuper materia constituens
 Sacramentum Pœnitentiae.

Nullus est casus, in quo Sacramentum Pœni-
tentiae possit esse validum & informe.

Ergo singuli casus, qui circa hanc qua-
 stionem afferri solent ostendunt Sacramentum
 Pœnitentiae numquam posse esse validum &
 informe, ut patebit hac inductione. *Primus*
casus. Si quis confiteatur omnia & singula
 peccata sine dolore, tunc Sacramentum Pœni-
 tentiae est nullum; quia dolor est materia
 Sacramenti Pœnitentiae. *Secundus casus.* Si
 quis confiteatur singula peccata cum dolore
 naturali, quem bona fide putat supernatura-
 lem, Sacramentum Pœnitentiae tunc etiam
 est nullum, sicuti Baptismus est nullus, si
 quis bona fide Baptizaret cum aqua artifia-
 li v. g. cum aqua rosacea, quam crederet
 esse aquam elementarem; bona enim fides
 excusat quidem à peccato, sed efficere non
 potest; quod ea materia, quæ non est debita
 materia Sacramenti, fiat vera materia Sacra-
 menti. *Tercius casus.* Si quis confiteatur

DE POENITENTIA IN PARTICULARI. 89
peccata solum venialia sine ullo dolore ad aliquod ex illis peccatis terminata , Sacramentum Pœnitentiæ est nullum ; si enim deficit dolor, deest & materia Sacramentii. *Quartus casus.* Si quis confiteatur tria peccata mortalia cum attritione terminata solum ad duo , & sine attritione terminata ad tertium peccatum mortale , cuius non recordatur ; tunc etiam Sacramentum Pœnitentiæ est nullum ; quia attritio , quæ est materia sufficiens Sacramenti Pœnitentiæ , debet esse universalis , includens voluntatem non pecandi de cætero .

S. II.

De necessitate Confessionis Sacramentalis.

PR O P O S I T I O unica. *Confessio Sacramentalis est accusatio peccatorum facta Sacerdoti , ut eorum remissio obtineatur per absolutionem.* 1º. Dicitur accusatio , & per hoc confessio peccatorum distinguitur ab ea confessione , quâ Dei laudes manifestamus , qualis erat ea confessio , quâ Christus dicebat : *Confiebor tibi Pater , quia abscondisti hæc à sapientibus , & revelasti ea parvulis.* 2º. Dicitur facta sacerdoti , & per hoc confessio Sacramentalis distinguitur ab ea confessione , quâ peccata nostra coram Deo humilitè confitemur : talis erat Davidis confessio , quâ dicebat : *Tibi soli peccavi , & malum corante feci* 3º. Dicitur , ut remissio obtineatur per absolutionem , & per hoc confessio facta sacerdoti distinguitur ab ea confessione , quæ sit judicii civili , qui confessionem à reo exi-

git, non ut eum absolvat, sed ut eum condemnet. Ut enim docet Aug. in Psal. 66. *Confessio Sacramentalis est, per quam morbus latens spe venie aperitur.* Et Greg. Homil. 11. in Evangelia. *Peccati virus salubriter aperitur in confessione, quod pestiferè latebat in mente.*

Confessio Sacramentalis est accusatio peccatorum facta sacerdoti, ut eorum remissio obtineatur per absolutionem.

Ergo confessio Sacramentalis est maximè conveniens, & necessarià ex parte Dei, ex parte nostri, ex parte sacerdotis, ex parte ipsorum peccatorum, & ex parte Ecclesie.
 1º. Ex parte Dei, qui confessionem à peccatore exigit, non more judicis sœculatis, qui confessionem extorquet, ut confessum damnet, sed eam declarationem à nobis postulat, ut peccatis declaratis indulgeat tamquam bonus Pater, ut eis medeatur tamquam prudens medicus, ut ea remittat tamquam misericors iudex; in hoc enim foro *Superexaltat misericordia iudicium.* 2º. Ex parte nostri, quippe per confessionem factam sacerdoti rubore suffundimur, humilitatem exercemus, & jam Deo offenso satisfacere incipimus, & habemus in sacerdote amicum, qui consolatur, Doctorem, qui doceat, Patrem, qui nos benignè excipiat, Medicum, qui curat, & judicem, qui absolvat. Quod bonum providens David dixit: *Confitebor adversum me iniquitatem meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* Psal. 31. v. 5. Ubi Dominus, cui sit confessio, videtur aliis esse à

Deo, qui remittit peccatum. 3º. Ex parte sacerdotis, qui sincera confessione cognoscit oves suas, eisque prout opportunum est, prouidet: ipsi enim Pastores per vigilant, quasi rationem de animabus nostris reddituri: quod utique utilissime pro nobis efficiunt; si nihil eis, quod in nobis intus latet, abscondamus. 4º. Ex parte peccatorum; ea enim est peccati natura, ut de eo reddenda sit ratio, vel in hoc saeculo, vel in futuro. Redde rationem *vitiacionis tuae*, inquit Christus. *Luc. 18.* de Talentis quoque reddenda est ratio. *Math. 25.* De verbo otioso exigenda est pena. Et de agro nobis ad extolendum commisso *Prov. 24.* responsuri sumus. Indulgentius autem cum sacerdotibus rationes illas computamus in hoc saeculo, quam cum solo Deo in futuro; ut enim ait Paul. 1. ad Cor. 11. *Si nos judicaremus, non unique judicaremur.* 5º. Ex parte Ecclesiæ; quippe per Sacramentalem confessionem fit Ecclesia purior, & sine ruga, & absque macula evadit; beneficio enim confessionis dimituntur injuriae, extinguntur rixæ, alias perenniter duraturæ, restituuntur injustè ablata, numquam aliter reddenda, dissolvuntur contractus illiciti, aliaque infinita bona ex tam pio exercilio proficiuntur.

Confessio Sacramentalis est maximè conveniens & necessaria.

Ergo non male dicunt Catholicæ, quod tam piam tamque convenientem & necessariam cærimoniam Ecclesiæ conferendam vole-

Iverit Deus multis quasi præludiis indicate, donec Christus instituendo Sacramentum Pœnitentiæ, eam Sacramentalis confessionis cærenioniam precepto suo solemnius stabilitet. Indicavit enim aliquatenus confessionem ad remissionem peccati esse necessariam, dum interrogavit Adamum dicens: *Adam ubi es*, ut ad confessionem eum adduceret; sed minus obscurè eam indicavit in lege Mosaica, in qua confessio exigebatur, ut patet ex sequenti textu: *Vir sive mulier, cum fecerint ex omnibus peccatis, quæ solent homini accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint, confitebantur peccatum suum, & reddent ipsum caput.* Num. 5. v. 7. in præludio legis Evangelicæ, scilicet in ipso Baptismo Joannis Math. 3. v. 6. Clarius confessio iudicabatur: qui convertebantur à Joanne, Baptizabantur ab eo confessores peccata sua. Demum statuto Pœnitentiæ Sacramento per modum Tribunalis iudici, Baptizati dum opus erat remedio Pœnitentiæ, ad eam non nisi confessi accedebant, ut habetur Act. 29. *Multū credentium veniebant confientes & annuntiantes actus suos.* Quæ cærenonia declarandi sacerdotibus peccatum quodlibet, quamvis aliunde naturæ corruptæ gravis & onerosa, perenniter tamen à Christo usque ad nos perseveravit; quod utique factum non esset, nisi eam ex traditione haberemus, ut docet Trid. sess. 14. cap. 5. *Institutam esse à Domino integrum peccatorum confessionem, & omnibus post Baptismum lapsis jure divino necessariam existere.*

*Christus integrum pccatorum confessionem multis
variam multisque modis indicatam à Deo &
instituendo Sacramentum Pœnitentiae, firmo
præcepto ut necessariè observandam stabilitur.*

Ergo à Christo usque ad nos quicunque voluerunt peccati mortalis commissi post Baptismum veniam consequi, debuerunt illud sacerdoti declarare; cum enim Pœnitentiae Sacramentum sit tribunal juridicum & medela pro peccato, & judex & medicus incognitâ causâ judicare non valeant, debuerunt peccatores peccata sua mortalia sacerdotibus tamquam judicibus & medicis manifestare: Dixi peccata mortalia; quia hæc peccata sunt materia necessaria Pœnitentiae, quæque alio remedio tolli non possunt, minimè vero peccata venialia, quibus pluribus aliis modis mederi possumus; ideo raro primitis Ecclesiæ sæculis peccata venialia subjiciebantur tribunali Pœnitentiae, bene ramen semper peccata mortalia. Sic primo sæculo juxta Irenæum adversus hereses cap. 5. Quædam mulieres à Marco Mago corruptæ sæpiissimè conversæ ad Ecclesiam Dei confessæ sunt. Sic secundo sæculo juxta Tertul. lib. de Pœnit. in Exomologest Presbiteris advolvuntur. Et de Baptis. cap. 1. vituperat eos, qui peccata occultabant ex verecundia, quasi melius esset damnatum latere, quam palam absolvi. Sic tertio sæculo juxta Origenem Homil. in Levit. Remedium certum & præsens contra peccata est, cum peccator non erubescit sacerdoti Domini indicare peccatum, & querere Medicinam. Sic

juxta Lactantium, Ea est vera Ecclesia, in qua confessio pænitentiae, quæ peccata & vulnera, quibus subjecta est imbecillitas carnis, salubriter curat. Lib. 4. inst. cap. ultimo. Sic juxta Hierony. in cap. 16. Math. Alligat 3. vel solvit Episcopus, non eos, qui infantes sunt, vel noxiis; sed pro officio suo cum peccatorum audierit varietates, scit quis ligandus sit, quisve solvendus. Sic Aug. Homil. 49. cap. 3. ait: Nemo sibi dicat, occuliè ago... Ergo frustra datæ sunt claves Ecclesæ frustramus, Evangelium Dei, frustramus verba Christi, promittimus vobis, quod ille negat, non ne vos decipimus. Sic demum ex praxi universalis antiquioris Ecclesiæ habemus in usu fuisse confessionem; nam distinguebantur peccata non Canonica à Canonicis. Ipsimet Montanistæ distinguebant ea peccata, quæ vocabant irremissibilia, ab his, quæ vocabant remissibilia. Demum mitius agebatur cum eo, qui sponte peccatum suum fatebatur, quam cum eo, cuius peccatum ab aliis deregebatur. Quæ singula sine confessione facta sacerdotibus stare non possunt.

A Christo usque ad nos quicumque volunt peccati mortalis veniam consequi, debent illud sacerdoti declarare.

Ergo quicumque peccati mortalis veniam consequi vult, debet primo juxta antiquam & presentem Ecclesiæ praxim sacerdotem approbatum querere; nam ut optimè ait Basilius Reg. brev. 288. Si quis, inquit, confiteri velit, necessario his peccata aperiri debent, quibus credita est dispensatio Mysteriorum Dei.

Secundò querendus ex approbatis , qui sit fidelis minister & sapiens medicus , ut prudenter monet Origenes. Hom. 2. in Psal. 37. *Circumspice , inquit , diligenter , cui debes peccatum tuum confiteri : proba prius medicum , cui debes causas langoris exponere , qui sciat infirmari cum infirmanti , flere cum flente , qui condolendi & compatiendi noverit disciplinam.* Tertiò observanda exactè quæcumque confessarius ad salutem animæ nostræ præcipit , ut idem monet Origines ibid. *Demum , inquit , si quid ille dixerit . . . Facias & seqnaris.* Quo pacto autem se gerere debeat & confessarius & poenitens , diximus in superiori ejusdem tractatus parte , ubi plures casus conscientiæ circa eam materiam resolvimus.

Quicumque vult consequi veniam peccati mortalis , debet sacerdotem approbatum querere , eique tamquam medico prudenti peccata sua aperire , &c.

Ergo ex ea cautione , quam Ecclesia jam adhibet , semperque adhibuit in eligendis Confessariis , Colligi potest Confessionem non debere esse publicam , sed secretam , de quo ita Trid. sess. 14. cap. 5. ceterum , inquit , quoadmodum confitendi secretò apud solum Sacerdotem , et si Christus non vetuerit , quin aliquis in vindictam suorum scelerum & sui humilationem , cum ob aliorum exemplum , tum ob Ecclesiae ædificationem , delicta sua publicè confiteri possit : non est tamen hoc divino præcepto mandatum , nec satis consultè humana aliqua lege præciperetur , ut delicta præsertime

secretæ publicæ essent confessione aperienda. Quod ea semper fuerit Ecclesiæ mens , ex eo patet, quod patres semper secretum in Confessione exegerint. Chrysost. vocat Tribunal pœnitentiæ *amarturon*, idest Tribunal testium expertis. Hierony.. loquens de Confessionibus publicis Monachorum monet , quod non debent secreta crimina prodere nisi soli Sacerdoti. Et Sozomenus exigit pœnitentiarium Secretorum tenacem. Demum Leo Epis. 8°. Episcopis campaniæ publicam Confessionem introducere nitentibus apprimè restitit , & ne id facerent , prohibuit.

§. III.

De Satisfactionis necessitate.

Propositio unica. Satisfactione est voluntaria castigatio, quā injuria Deo per peccatum illata compensatur.

Ex hac definitione colligitur , quod præter veram contritionem , & confessionem sinceram , ad obtinendam remissionem totius pœnæ debitæ peccatis necessaria est satisfactio; quia habemus ex scriptura , quod Deus à peccatoribus verè pœnitentibus pœnas aliquas exigat. Nam Adamus verè doluit de peccato , ut testatur sapiens , & tamen Deus pœnam temporalem illi infixit juxta illud : *In sudore vultus tui vesceris pane tuo* Populo Iudaico remissum fuit peccatum idololatriæ , & tamen Deus dixit Moysi : *Ego autem in die ultionis visitabo & hoc peccatum eorum, Moyses & Aaron verè doluerunt de peccato incredulitatis,*

incredulitatis, & tamen in pœnam illius peccati etiam remissi, nec Moyses, nec Aaron in terram promissam ingressi sunt. Maria soror Moysis deprecante Moysè veniam consequuta est illius murmuris, quo contra fratrem insurrexerat, & tamen septem diebus à castis separatur. David verè doluit de homicidio, de adulterio, & utrumque peccatum transtulit Deus, sed tamen in pœnam illius ejusdem peccati variè afflatus est, ut confessus in æternum liberaretur, & afflictus temporaliter probaretur. Et hoc videtur indicare locus ille Pauli ad Heb. 10. v. 26. *Voluntariè peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis jam non relinquitur pro peccatis Hostia*, qualis fuit in Baptismo: *Terribilis autem quædam expectatio judicii*, quo nos metipos castigamus. Ita vulgo interpres. Cujus dimidiatae, ut ita dicam, reconciliationis non alia potest reddi ratio, quam beneplacitum divinæ voluntatis, quæ in hac reconciliatione non vult omnem pœnam relaxare, sicut in Baptismo, sed ex misericordia pœnam æternam peccatis debitam remittit, & ex justitia remittendo pœnam æternam, exigit temporalem, ut in hac reconciliatione elucescat misericordia & justitia ex parte Dei. Ex parte verò nostri per conversionem ad Deum, tollitur ea aversio à Deo, quæ est in peccato, & punitur temporaliter ea nimia complacentia erga creaturas, quæ fuit in peccato. Sic homo agnoscit Deum, ut patrem, cum parcit, ut judicem, dum punit, ut misericordem, dum pœnas æternas non exigit, justum, dum temporales pœnas imponit. Sic

pœnitentia Baptismus est, quia abstergit culpam, sed *Laboriosus*, quia pœnam temporalem relinquit subeundam. Deus Baptizatum eximit à culpa; quia ignorans fecit: Baptizatum talapsum subjicit pœnæ; quia post agnитam veritatem peccaverit, &c.

Præter veram contritionem, & sinceram confessionem ad obtainendam remissionem totius pœnæ debitæ peccatis requiritur satisfactio.

Ergo quotiēs condonatur nobis à Deo culpa, totiēs non condonatur omnis pœna, non quidem defectu Sacramenti Pœnitentiæ, quod de se est remissivum totius pœnæ, sed defectu Pœnitentium, qui non omnia præstant ad suas culpas plena satisfactione purgandas, quod quidem multa indulgentia toleratur à Deo. Sed tota pœna tunc solum remittitur, cum pœnitens intensissimam contritionem affert, qualis fuit contritio Pauli, Petri, Magdalenæ, &c.

Quotiēs condonatur à Deo culpa, totiēs non remittitur pœna, sed id solum evenit, cum ardentissima est nostra charitas erga Deum, qualis est v. g. in martyribus, qualis fuit in conversione Magdalenæ, &c.

Ergo in justificatis manet ut plurimum aliquis reatus pœnæ temporalis exsolvendus, vel in hoc sæculo, vel in Purgatorio. Hæc enim est justissima lex, inquit Aug. Ut pœna aliquæ peccatum quodlibet puniatur: Atqui peccatum à nobis commissum, & in justificatione quoad culpam remissum, noo puniri potest in inferno; quia pœna æterna ei debita mutata est

in tempore : Ergo puniri debet, vel in hoc saeculo, vel in Purgatorio. Quod ita determinat Trid. Sess. 6. Can. 30. Si quis, inquit, post acceptam justificationis gratiam, cuilibet peccatori penitenti ita culpam remitti, & reatum penae deleri aixerit, ut nullus remaineat reatus penae temporalis exsolvendae, vel in hoc saeculo, vel in futuro in Purgatorio, antequam ad Regna Caelorum aditus patere possit, anathema sit.

In justificatis manet ut plurimum aliquis reatus penae temporalis exsolvendus, vel in hoc saeculo, vel in Purgatorio.

Ergo peccatores etiam justificati debent maximè insistere orationi, jejunio, & Eleemosynæ ; quia, ut docet Catech. p. 2. de operibus satisfacti num. 75. Nihil triclini hoc exercitio aptius & convenientius ad extirpandas omnium peccatorum radices ; nam concupiscentiam carnis per jejunium, concupiscentiam oculorum per Eleemosynam, superbiam vitæ per orationem debellamus. Deum, ut persequitur idem Catechis. Oratione placamus, proximo Eleemosyna satisfacimus, nos ipsos vero jejunio castigamus.

Peccatores etiam justificati debent maximè insistere orationi, jejunio, & Eleemosynæ, ut exsolvant penas temporales peccatis remissis debitæ.

Ergo cum pia illa opera ut plurimum penis singulis à nobis necessariò exsolvendis non

100 MORALIS CHRISTIANA.

sufficient, misericorditer providit Deus Missæ sacrificium & indulgentiarum thesaurum, quo sacrificio piè oblato infiqtam Christi satisfactionem nobis applicamus; ex quo etiam indulgentiarum thesauro, quasi ex publico Ecclesiæ ætrario, sumimus quidquid ad solvenda debita nostra deesse potest. De utroque remedio nostræ insufficienþæ ad satisfaciendum Deo loquitur disertis verbis Tridentinum, sic enim habet de sacrificio Missæ: *Et quoniam, inquit, in divino hoc sacrificio, quod in Missa per agitur, idem ille Christus continetur, & incruentè immolatur, qui in ara Crucis semel se ipsum cruentè obtulit, docet sancta Synodus sacrificium istud verè propitiatorium esse...* Quare non solum pro fidelium vivorum peccatis, pœnis, satisfactionibus, & aliis necessitatibus, sed & pro defunctis in Christo non solum ad plenum purgatis, ritè, juxta Apostolorum traditionem, offertur. Sess. 22. cap. 1. De thesauro autem indulgentiarum sic habet: *Indulgentiarum usum Christiano populo maximè salutarem, & sacrorum Conciliorum authoritate probatum, in Ecclesia retinendum esse docet, & præcipit sancta Synodus, eosque anathemate damnat, qui aut inutiles esse afferunt, vel concedendi in Ecclesia potestatem esse negant.* Sess. 25. cap. 1. de indulg. In his tamen concedendis moderationem juxta veterem & probatam in Ecclesia consuetudinem adhiberi cupit; ne nimia facilitate Ecclesiastica disciplina enervetur. Ut ibid. addit. Concil.

ARTICULUS VI.

*De Sacramento pœnitentia, quatenus remittit
peccata, gratiam consert, & virtutes
amissas restituit.*

PROPOSITIO unica. *Pœnitentia Sacramentum peccata commissa post Baptismum remittit absolutè & non conditionatè.*

1°. Quia nihil aliud intelligimus per pœnitentiam. 2°. Ex divo Paulo sine pœnitentia sunt dona dona Dei & vocatio ad Rom. 11. & ex Ezechiel. 18. Si impius egerit pœnitentiam, omnium iniquitatum ejus non recordabor amplius. Et ex Nah cap. 1 Non consurget duplex tribulatio, id est ut 70. habent: non vindicavit Deus bis in ipsis: Ergo ut dicit Gelasius apud Gratianum dist. 4. de pœnit. divina clementia dimissa peccata in ultionem ulterius redire non patitur. 3°. Pœnitentia efficit, quod significat; Sactamenta enim efficiunt, quod significant. Hæc autem verba: *Ego te absolvō*, significant peccata remitti absolutè: ergo pœnitentia remittit peccata absolutè, & non conditionatè; & proinde peccata remissa non redeunt post recidivam. Quod si peccata dimissa dicantur redire, hoc intelligitur, inquit D. Thom. quod per recidivam redeant in aliquo simili, quatenus recidivæ peccatum adjunctam habeat privationem gratiæ sicuti peccata dimissa; & quatenus ingratitudinis enormitas, cuius conscientia est, qui in peccatum relabitur, longè gravior est quibuscumque peccatis dimissis.

Pœnitentia Sacramentum peccata commissa post
Baptismum remittit absolutè & non
conditionatè.

Ergo confert gratiam justificantem à peccato ; quia justificatio à peccato , & remissio peccati , non sit sine infusione gratiæ , ut docet Trid. sess. 7. can. 11. Si quis dixerit , inquit , homines justificari vel sola imputatione justitiae Christi ; vel sola peccatorum remissione , exclusa gratia & charitate , que in cordibus eorum per Spiritum Sanctum diffundatur , atque illis inbereat , aut etiam gratiam quæ justificamur esse tantum favorem Dei ; malitia sit.

Pœnitentia Sacramentum confert gratiam
justificantem.

Ergo pœnitentia restituit omnes virtutes supernaturales Theologicas & Morales per peccatum amissas , v. g. restituit fidem vivam , spem vivam , charitatem , prudentiam , justitiam , fortitudinem , & temperantiam ; singulari enim predictæ virtutes sunt connexæ cum gratia : sunt quippe , vel organa , quibus gratia operatur in iustificato , vel ornamenta , quibus cum adornat.

Pœnitentia restituit omnes virtutes supernaturales amissas sive Theologicas , sive Morales.

Ergo pœnitentia restituit bona opera , quæ fuerant mortificata per peccatum , & merita ,

quæ fuerant interrupta per idem peccatum; etenim & bona opera mortificata & merita interrupta erant quasi appendices gratiæ & virtutum, quæ conjunguntur cum gratia, quibus restitutis debent & eadem appendices restitui; merita enim illa sicuti & bona opera erant quasi suspensa per peccatum: sicuti illuminatio solis oppositâ nube suspenditur: ergo remoto peccato opera illa bona & suam vitam & suum meritum incipiunt habere, sicut illuminatio solis remota nube lucem incipit diffundere; & hoc est quod dicit Joel 2. *reddam vobis annos, quos comedist locusta & bruchus:* id est restituam merita, quæ peccatum abstulerat, & vitam reddam operibus, quæ peccatum quasi mortua redididerat.

Poenitentia restituit bona opera, quæ fuerant mortificata per peccatum, & restituit merita etiam interrupta per peccatum.

Ergo poenitentia constituit hominem peccatorem in eodem jure, quod habebat ante lapsum; jus enim omne, quod habet homo ad gloriam, est dependenter à gratia, à virtutibus infusis, à bonis operibus, & à meritis: & ita illis omnibus restitutis, homo in eo jure statuitur, quod habebat ante lapsum.

Poenitentiae Sacramentum constituit peccatorem in eo jure, quod habebat ante lapsum.

Ergo post poenitentiæ Sacramentum, immo post actum perfectæ contritionis, homo habet

& jus , quod ei competebat ante lapsum , & jus quod meruit per conversionem ; quia Deus ita benignus est & justus , ut nihil velit desperi eorum , quæ peccator habebat ante lapsum , & eorum , quæ meruit per conversionem , & ita si ante lapsum haberet sex gradus meriti ad gloriam , & in conversione duos gradus meruerit , post conversionem habebit jus ad octo gradus meriti obtainendos in gloria .

Pœnitens post Sacramentum pœnitentiae , imò post actum perfectæ contritionis , habet & jus quod ei competebat ante lapsum , & jus quod meruit per conversionem .

Ergo juxta Thomistas licet pœnitens non obtineat gratiam & virtutes in esse qualitatis & Physicè spectatas , nisi juxta dispositionem Physicam , quam præhabet contritio ; quia forma Physica , qualis est gratia , non datur nisi juxta proportionem Physicæ dispositionis , quâ præceditur : Tamen pœnitens obtinebit gratiam & virtutes in esse moris & meriti juxta quantitatem & meritorum , quæ ei competebant ante lapsum , & meritorum , quæ ei debentur ex vi conversionis , v. g. si ante lapsum haberet sex gradus meriti , & ex vi conversionis ei debeantur duo gradus meriti , accipiet gratiam & virtutes Physice & in esse qualitatis in gradu ut duo , in esse verò moris & meriti in gradu ut octo ; quia , inquit , gratia in esse qualitatis infunditur juxta dispositionem Physicam . In esse verò moris & meriti infunditur juxta merita debita .

CAPUT QUINTUM.

De Extrema - Unctione.

ARTICULUS I.

*In quo traditur & explicatur definitio
Extremæ - Unctionis.*

EXTREMA-UNCTIO sortitur nomina apud authores Ecclesiasticos. 1º. Ratione materiæ, ex quâ constat, vocatur *Oleum Sanctum*. Ita in Euchologio Græcorum. 2º. Ratione materiæ & formæ vocatur oratio cum oleo. Ita etiam in Euchologiis Græcorum 3º. Ratione subiecti, cui confertur, vocatur unctionis infirmorum. 4º. Ratione ordinis, quem habet ad cæteras unctiones, vocatur Extrema-uncio, seu *Sacramentum exeuntium*. 5º. Ratione effectus vocatur animæ & corporis medicina. 6º. Ratione ordinis, quem dicit ad poenitentiam, vocatur consummativum poenitentiæ. Unde Extrema-uncio potest sic definiri. Extrema-uncio est cærenonia sensibilis per Sacerdotem in oleo ab Episcopo benedicto collata ægrotō periclitanti ad conferendam sanitatem animæ, imo & sanitatem corporis, si expediat.

1º. Dicitur cærenonia sensibilis; quia ritus est, qui non solet nisi cum solemnî appratu conferri, ut patet ex cærenoniis in Rituali contentis. 2º. Dicitur collata per Sacerdotem; quia minister illius Sacramentū

non est Laicus sed Sacerdos. 3^o. Additur collata infirmo ; quia subjectum hujus Sacramenti non est quilibet , sed tantum homo in infirmitate decumbens. 4^o. Adjungitur in oleo per Episcopum benedicto ; quia haec est materia , hujus Sacramenti. Demum asserit , quod conferat sanitatem animæ & corporis , si expedit ; quia primus effectus hujus Sacramenti est gratia , secundus vero est corporis sanitas , cum expedit ad salutem animæ;

ARTICULUS II.

De Extrema - Unctione , quatenus est cæremonia sensibilis.

PROPOSITIO unica. Extrema-unctionio est cæremonia sensibilis conferens gratiam. 1^o. Quia nihil aliud intelligimus per extremam - unctionem. 2^o. Quia id denotant nomina , quibus nuncupatur. 3^o. Quia id expressè assertit Jacobus in sua Epist. 5. v. 15. Ubi loquens de hac cæremonia ait : *Et oratio fidei salvavit infirmum , & alleviabit eum Dominus , & si in peccatis fuerit , remittentur ei.* 4^o. Quia traditio in Ecclesiâ perenniter conservata hanc cæremoniā ut gratiæ efficiēt semper retinuit , ut videre est apud Estium de Extrema-unctione , & apud Dominum de Sancte Beüye.

Extrema - unctionio est cæremonia sensibilis conferens gratiam.

Ergo Extrema - unctionio est verum , & pro-

DE EXTREMA - UNTIONE. 107
priè dictum Sacramentum ; quia cæmeronia ,
cui alligata est promissio gratiæ , est verum
Sacramentum ; quippe Baptismus & Eucharis-
tia non aliâ ratione dicuntur Sacra menta , ni-
si quia sunt cæmeronia sensibilis , cui alligata
est promissio gratiæ , ideo Trid. vocat ex-
tremam - unctionem Sacramentum , à Marco
quidem insinuatum , per Jacobum autem
Apostolum commendatum & promulgatum.

*Extrema unctio est verum & propriè dictum
Sacramenum.*

Ergo nulla est ratio sufficiens , quâ hæreti-
ci possint Extremam unctionem è numero
Sacramentorum expungere ; quia nulla potest
esse ratio sufficiens contra expressam scriptu-
ræ traditionem & Ecclesiæ determinationem.

*Nulla est ratio sufficiens , quâ Extrema - unctio
possit expungi è numero Sacramentum.*

Ergo nullæ sunt rationes , quibus Dalæus
vult probare Extremam - unctionem non esse
Sacramentum. Et 1º. Quidem diversæ Ca-
tholicorum Sententiæ circa institutorem , ma-
teriam , & formam Extremæ - unctione nihil
probant contra veritatem hujus Sacramenti ;
quippe Theologi Catholici consentiunt omnes
Extremam - unctionem esse Sacramentum , li-
cet dissentiant circa aliqua , quæ spectant vel
authorem vel materiam , vel formam hujus
Sacramenti. Ideo hic dici potest contra Da-
læum , quod Aug. dicebat lib. 1. Contra Ju-
lianum. c. 6. *Alia sunt , in quibus inter se*

aliquando etiam doctissimi atque optimi regulæ Catholicæ defensores, salvâ fidei compage, non consonant, & alius alio de unâ re melius aliquid dicit, & verius. Hoc autem, de quo nunc agimus, ad ipsa fidei pertinet fundamenta 2^a. Non aptius ratiocinatur Dalæus, cum negat extremam - unctionem esse Sacramentum, eo quod non legatur eam cærementiam adhibitam fuisse multis piis hominibus ex hoc sæculo exeuntibus, putâ Constantino, matri Constantini, Chrysostomo, Augustino, &c.

Quispe non omnia scripta sunt, quæ fuerunt facta. deinde ubi dicitur collata fuisse Sacra menta his hominibus è sæculo exercitibus, præcipue viaticum aut pœnitentiam, statim collatam esse Extremam - unctionem colligere possumus, cum Extrema - unctionis olim daretur ante viaticum, nisi forte sacra Communio à Clerico non Sacerdote conferretur, & in ipsa collatione pœnitentiæ sufficienter exprimitur collatio Extremæ - unctionis, cum Extrema - unctionis sit consummativum pœnitentiæ. Demum non conferti solebat Extrema - unctionis recenter Baptizatis, nec his, qui absolutione pœnitentiæ non censabantur indigere, eo quod Extrema - unctionis quasi appendix & signaculum pœnitentiæ haberetur. Ergo non mirum, si non legatur collata tot piis hominibus, aut recenter Baptizatis, qualis fuit Constantinus, aut pœnitentiâ Sacramentali non egentibus. Imo multi sunt primis etiam sæculis Sanctissimi homines, qui ex hac vitâ exeuntes Sacro infirmorum oleo uncti sunt, ut multis exemplis probat Dominus de Sainte - Beuve loco citato.

De

De materia & forma , ministro & subjecto
hujus Sacramenti sufficienter diximus in su-
periori parte. Ideo sit.

ARTICULUS III.

De Effectibus Extreme - unctionis.

PROPOSITIO unica. Effectus hujus Sa-
cramenti est remissio peccatorum , & sa-
nitas corporis , si expedit. 1°. Quia nihil
aliud intelligimus per hoc Sacramentum. 2°.
Quia utrumque effectum huic cæmoniæ
adscibit Jacobus, dum ait : *si in peccatis fuerit,*
remittentur ei. Prius autem dixerat: *Oratio si-*
dei salvabit infirmum. 3°. Quia Concilia &
patres duplicem illum effectum huic Sacramen-
to adscribunt.

*Consecutaria sequentia immediate ex prædicta
propositione.*

CONSECTARIUM I. Extrema - unctio
non per se primò ordinatur ad remittenda
peccata, sicuti Baptismus , & pœnitentia ; quia
non est Sacramentum mortuorum : neque per
accidens ; quia non est , sicuti alia Sacra-
menta vivorum , sed per se secundò , quatenus est com-
plementum pœnitentiæ , supplens illius de-
fectum in ægroto contrito , qui vel ex vi
mordi , vel ex alio casu absolutionem Sacra-
mentalem accipere non potest. Ita videtur
docere div. Th 4. contra gentes. c. 73. Con-
tingit , inquit , quod homo omnium peccatorum ,
qua commisit , notitiam , vel memoriam non ha-

Tom. VIII.

K

PRO MORALIS CHRISTIANA:

bet, ut possit per pœnitentiam singula expurgare: sunt etiam quotidiana peccata, sine quibus præsens vita non agitur, à quibus oportet hominem in suo exitu per hoc Sacramentum Extremæunctionis emundari: Notandum tamen, quod, ut ait Ferrariensis explicans illum locum D. Tho. homo, in extremo positus, non recipit remissionem peccatorum, nisi ad sit dolor generalis eorum, quorum per incuriam fuit oblitus. Ut enim dicitur in Elucidario apud Anselmum, Extrema - uncio non prodest ei, qui pœnitentiam agere contempsit, vel neglexit. Si, inquit, de peccato pœnitentiam non egit, ista uncio non solum ei nihil prodest, sed etiam multum obest.

C O N S E C T A R I U M II. Extrema - uncio remittit peccatorum reliquias; quibus tria possunt intelligi. 1º. Reatus pœnæ temporalis. 2º. Pravæ dispositiones ad peccandum, 3º. Debilitas & languor ad operandum bonum: tria enim hæc ex peccato sequuntur; proinde debent per hoc Sacramentum tolli: quia, ut inquit D. Tho. 4. Contra gentes. cap. 73. *Hoc Sacramentum est ultimum & quodammodo consummativum totius spiritualis curationis.* Ergo debet reliquias peccatorum tollere.

C O N S E C T A R I U M III. Extrema-uncio alleviat animam, id est, dat ei firmitatem quamdam, quæ fiducia in Deum augetur, & vis ad resistendum dæmoni & quibuscumque aliis temptationibus, roboratur: ideo vocatur istud Sacramentum à Victore Antiocheno, oleum, quod molestias mitigat, lumen fert, & hilaritatem conciliat. In cap. 6. Marc.

C O N S E C T A R I U M IV. Extrema - unc-

DE EXTREMA-UNCTIONE. III
tio confert sanitatem corporalem , si expe-
diat : de quo ita D. Tho. Ex hoc Sacramento
non sequitur corporalis sanatio semper , sed
quando expedit ad spiritualem sanationem : &
tunc semper eam inducit , dummodo non sit im-
pedimentum ex parte recipientis. In 4. distinct.
23. q. 1. art. 2. Nec obstat , quod aliqui ex
recuperata sanitate fiant pejores ; qui enim
recuperant sanitatem per unctionem , & non
per remedia naturalia , sunt in duplice diffe-
rentia : vel enim pertinent ad numerum elec-
torum , & illis recuperatio sanitatis proficit
in ordine ad salutem aeternam ; vel pertinent
ad numerum reproborum , & his restitutio sa-
nitatis proficit ad salutem temporalem. Qui
vero pejores evadunt pro omni tempore ,
post acceptam sanitatem , ii , inquam , sa-
nuntur non per unctionem , & ex vi Sacramen-
ti , sed post unctionem ex vi remediorum na-
turalium.

CAPUT SEPTIMUM.

De Ordine.

ARTICULUS I.

In quo traditur & explicatur definitio ordinis.

O RDO plura habet nomina. 1^o. Dicitur
Ordo Sacer. Quia qui sunt in aliquo or-
dine Ecclesiastico constituti , hi omnes sunt
speciali aliquà consecratione Deo dedicati.

2°. Dicitur *impositio manum*, ut denotetur cæremonia, per quam ordo consertur.

Unde ordo definiri potest, Sacramentum novæ legis à Christo institutum, quo potestas spiritualis traditur, & gratia confertur ordinatis, ad obeunda ministeria Ecclesiastica.

ARTICULUS II.

De existentia ordinis in Ecclesia.

PROPOSITIO unica. Ecclesia est Sacra respublica, in quâ est potestas ferendi leges, judicandi legis infractores, & offerendi Sacrificium.

Probatur. Prima ratio. In omni republicâ bene ordinata debet esse potestas ea exercendi, ad quæ respublica destinatur, alias perpetram instituta esset respublica. Sic in republicâ civili est potestas ferendi leges, & judicandi infractores legis; & bellandi seu tuendi subditos contra hostium incursus. Ergo in Sacra republicâ, qualis est Ecclesia debet esse. 1°. Potestas ferendi leges sacras. 2°. Judicandi legis infractores. 3°. Demum potestas offerendi Sacrificium; quia ad istud ultimum præcipue ordinatur Ecclesia.

Secunda ratio. Ecclesia non est inferior Synagoga; in Synagoga autem erat potestas statuendi leges, & judicandi infractores leges, & offerendi Sacrificia: ergo eadem potestas debet esse in Ecclesia.

3a. Ratio semper Ecclesia illâ triplici potestate usâ est, constituit leges, legis infractores judicavit, & Sacrificia obtulit: ergo

habet triplicem illam potestarem. De potestate ferendi leges egimus, ubi de lege. De potestate judicandi in fôro exteriori egimus, ubi de censuris. De potestate judicandi in fôro interiori egimus, ubi de pœnitentia. Jam de potestate sacrificandi agendum, quam quidem potestatem Christus Ecclesiæ contulit, dum dixit Apostolis, eorumque successoribus: *Hoc facite in meam commemorationem:* Quam potestatem sic exponit Trid. sess. 23. c. 1. *Si quis dixerit non esse in novo Testamento Sacerdotium visible & externum; vel non esse potestatem aliquam consecrandi & offerendi verum corpus & Sanguinem Domini, & peccata & remittiendi & retinendi, sed officium canum & nudum ministerium prædicandi Evangelium, vel eos, qui non prædicant, prorsus non esse Sacerdotes, anathema sit.*

Ecclesia habet potestatem Sacrificium offérendi.

Ergo in Ecclesia debet esse ordo, seu Sacramentum, quo ministri destinuntur ad consecrandum Corpus Christi, & ad obeundæ cætera Ecclesiæ munia. Si enim in Synagoga fuerit cæremonia sensibilis, quâ Levitæ & Sacerdotes consecrabantur, & offerrent Sacrificia, ut habetur numerorum 8. à fortiori in Ecclesia in qua est Sacrificium excellenter, scilicet Eucharistia, debet esse cæremonia sensibilis, seu Sacramentum consecrans Ministros Ecclesiæ. Unde Aug lib. 2. contra Parmenianum comparat Baptismum cum ordine, & dicit utrumque esse Saeramentum, quod iterari non possit. Idem docet Hieronim.

mus contra Vigilantium, & author de septem gradibus Ecclesiae inter opera Hier. Ideo in Trid. sess. 23. c. 3. sic habetur: *Si quis dixerit ordinem, sive sacram ordinationem, non esse verè & propriè Sacramentum à Christo Domino institutum.... anathema sit.*

In Ecclesia debet esse ordo, sive Sacramentum, quo Ministri destinentur ad consecrandam Corpus Christi, & ad obeunda cetera Ecclesiæ munia.

Ergo tot debent esse ordines, quod sunt necessarii ad decentem tanti Sacrificii consecrationem; quia in Ecclesia nihil deesse debet eorum, quæ conducunt ad culum Dei.

In Ecclesia tot debent esse ordines, quod conducent ad decentem Eucharistiae consecrationem.

Ergo præter Episcopatum debent esse in Ecclesia septem Ordines; quia hi omnes necessarii sunt ad decentem Eucharistiae consecrationem. 1º. Quidem necessarius est Episcopus, ut per Episcopum consecrentur Sacerdotes, & alii inferiores Ministri. 2º. Necessarium est Sacerdotium, ut per Sacerdotem consecretur Eucharistia; ideo Sacerdoti in ejus ordinatione datur calix cum vino & patena cum pane, eique dicitur: *accipe potestatem consecrandi Corpus & Sanguinem Christi.* 3º. Necessarius est Diaconatus, ut per Diaconum Sacerdoti Ministretur materia consecranda. 4º. Necessarius est Subdiaconatus, ut per Subdiaconum præparentur Vasa Sacra ad Sa-

crificium necessaria; ideo Subdiacono datur Calix vacuus & patena vacua. 5°. Necessarius est Acolithatus, ut remotè præparetur materia ad Eucharistiam, ideo ei dantur Urceoli vacui. 6°. Necessarius est Ostiarius, ut Ostiarius fores Ecclesiæ claudat infidelibus, qui ob infidelitatem digni non sunt, qui adsint sacrificio. 7°. Necessarius est Lector, qui instruat Catechumenos, ut cum instructi fuerint, possint interesse Sacrificio. 8°. Necessarius est Exorcista, ut excludat Energumenos.

Præter Episcopatum necessarii sunt septem ordines ad decentem Eucharistiæ consecrationem.

Ergo præter Episcopatum, qui est compleas mentum Sacerdotii, septem illi ordines dicuntur possunt Sacramenta; quia sunt cæremonia sensibilis conferens gratiam. Et quidem Scriptura facit expressam mentionem de singulis illis gradibus; de Episcopis enim dicitur, *Spiritus Sanctus posuit vos Episcopos, regere Ecclesiam Dei.* De Sacerdotibus dicit Christus; *hoc fatite in meam commemorationem.* 1a. Ad Corinth. c. 11. De Diaconis vero agitur auctorum 6. Ubi narratur, quod per impositionem manuum septem Diaconi fuerint Ordinati. De Subdiaconis verò & aliis inferioribus Ministris agitur in Canonibus Apostolorum, & in Concilio Carthaginensi 4. Quamvis ego fatear, quod in omni Ecclesia non fuerit circa id eadem disciplina; nam Græci nec Ostiarios habent, nec Exorcistas, nec Acolithos, sed in omni Ecclesia sive Græc;

116 MORALIS CHRISTIANA.

ea , sive Latina sunt inferiores Ministri , & inferiores ordines , quibus ad Sacerdotium tenditur , de quibus ita Trid. sess. 23. c. 2. Si quis dixerit preter Sacerdotium non esse in Ecclesia Catholica alios ordines & majores & minores , per quos velut per gradus quosdam ad Sacerdotium tendatur , anathema sit.

Septem illi ordines possunt dici Sacra menta.

Ergo prædicti omnes Gradus sive Ordines nec recipi debent , nec solemniter exerceri in statu peccati ; quia 1°. juxta probabilitatem , & communiorum , & tutiorem Sententiam prædicti omnes ordines sunt verè & propriè dicta Sacra menta , cum juxta instructionem Eugenii ad Armenos quilibet ordo habeat propriam materiam & propriam formam. 2°. Quia juxta Trid. Ordo est Sacra mentum , & quilibet ex prædictis ritibus est verus ordo. 3°. Demum quia juxta Aug. lib. de bono conjugii. c. 29. in omnibus ordinatis remanet Sacra mentum : de hoc jam actum est , ubi de dispositione ad recipienda Sacra menta.

CAPUT OCTAVUM.

De Matrimonio.

ARTICULUS PRIMUS.

In quo traditur & explicatur definitio matrimonij.

MATRIMONIUM potest considerari ,
quatenus contractus , & quatenus Sa-
cra mentum.

Matrimonium quatenus contractus , est contractus naturalis , civilis , Ecclesiasticus , quo vir & mulier sibi mutuò legitimè tradunt corpus suum ad generandam & educandam prolem.

Matrimonium , quatenus Sacramentum , est Sacramentum à Christo Domino institutum , quo per legitimū & indissolubilem contractum inter vitum & fœminam , traditā & acceptā mutuā corporum potestate , celebratum , gratia confertur ad generandam & educandam prolem , propter Regnum Cœlorum , & ad sustinenda omnia statūs conjugalis onera.

I. Dicitur *Contractus Naturalis* , quia Matrimonium , quatenus Officium naturæ , est conventio , quâ vir & mulier corporum suorum Dominium ad usum conjugalem sibi invicem tradunt : ex qua conventione sequitur jus exigendi debiti , & obligatio viro & uxori , sibi mutuò providendi , & providendi filiis . Talis erat conjunctio Agar cum Abraham , & Jacob cum suis ancillis . Talis est conjunctio matrimonialis apud gentiles populos : inde est , quod etiam apud Christianos conjunctio cum concubinis matrimonii nomen obtineat ut videre est in Concilio Tolet. 1. can. 17. Constitutionibus Clement. lib. 8 cap. 32. & apud Aug. de fide & operibus , & de bono conjugali . cap. 5.

II. Dicitur *Contractus Civilis* ; quia Matrimonium , quatenus conjunctio facta secundum leges civiles , privilegiis & honoribus gaudet ; quale est jus communitatis bonorum , jus dotis , jus successionis : quippe juxta Jus civile conjugati bona habent communia ;

118 MORALIS CHRISTIANA.

maritus jus habet exigendi dotem , filii procreati jus succedendi . ut docet Leo. Epist. 62. cap. 3. & Justin. Novel. 18. cap. 15.

III. Dicitur *Contractus Ecclesiasticus* , & *Christianus* ; quia Matrimonium , quatenus est *coniunctio facta inter Baptizatos juxta regulas Ecclesiae* , est verum novae legis Sacramentum. Autor quippè Sacramenti hujus , quatenus est *contractus naturalis* , est Deus , qui adduxit Eam ad Adam , eamque huic dedit sociam. Autor *contractus civilis* est legitimus legislator : quare vaticia sunt *jura civilia nuptiarum* , secundum varias leges & consuetudines. Autor verò *Matrimonii* , quatenus est Sacramentum , est Christus : ut enim Matrimonium ad originalem perfectionem reduceret , vim gratiæ conferendæ ei superaddidit , quā gratiā libido temperaretur , conjuges sanctificarentur , & filii nascerentur non tam amore libidinis , quām desiderio sanctæ posteritatis , quæ , dum orbem terrestrem incoleat , Ecclesiam augeret , & cœlestem patriam repleret.

IV. Additur. *Quo legitimè sua corpora tradunt sibi mutuò vir & mulier.* Hac voce , legitimè , excluduntur conjunctiones illegitimæ , fornicariæ , adulterinæ & incestuosæ , & quælibet , quæ cum impedimento aliquo dirimente , vel prohibente fiunt. Hæ voces , *sua corpora tradunt* , denotant Matrimonium non esse solùm animorum unionem , qualis est simplex amicitia , sed potest etiam esse unio corporum : ut dicit Scriptura : *Eruunt duo in carne una.* Math. 19. v. 5. Non est tamen necesse , ut sit carnalis copula : nam

juxta Chrysost. Homil. 32. in Math. & juxta Aug. serm. 33. Matrimonium non facit coitus, sed voluntas. Hæc voces, *vir* & *mulier*, excludunt impudicitiae monstra, quales sunt Sodomia, bestialitas, &c. Dum superadditur, *Ad perpetuam vitæ societatem*, hæc voces denotant, Matrimonium junctionem esse ad vitam; neutrā partem esse liberam, donec altera moriatur. Subsequentes hæc voces, *Ad usum copulae carnalis & remedium concupiscentie*, significant, jus esse in qualibet parte, exigendi debitum in remedium concupiscentiae. Melius est enim nubere, quam urari. 1a. Ad Corinth. cap. 7. v. 9.

ARTICULUS II.

De Matrimonio, quatenus est contractus naturalis.

PROPOSITIO unica. Matrimonium est contractus naturalis. 1º. Quia nihil aliud intelligimus per Matrimonium. 2º. Quia juxta Justinianum conjunctio maris & fœminæ ad jus naturale pertinet. 3º. Quia; cum hæc conventio quoad certas conditiones apud omnes peræquè custodiatur, signum est contractum esse naturalem.

Matrimonium est contractus naturalis.

Ergo quidquid impedit contractum naturale, impedit Matrimonium: sicut enim quod tollit materiam Baptismi, tollit Baptismum; ita quod tollit materiam Matrimonii, scilicet contractum naturale, tollit Matrimonium.

De MORALIS CHRISTIANA;
*Quod impedit contractum naturalem, impedit
Matrimonium.*

Ergo quidquid impedit consensum, tollit
Matrimonium; quia consensus est de intrin-
seca ratione contractus.

Quod impedit consensum, impedit Matrimonium.

Ergo quidquid tollit vel rationem, vel liberta-
tem, impedit Matrimonium; quia consensus re-
periri non potest, ubi non est ratio, & libertas.

*Quidquid tollit vel rationem, vel libertatem,
impedit Matrimonium.*

Ergo amentia, pueritia, ignorantia, error,
fraus, dolus, circa substantiam rei, quæ est
materia contractus, passio absorbens usum
rationis, vis, metus, impediunt Matrimo-
nium; quia priora impediunt cognitionem,
postiora liberam electionem. Et ita amen-
tes, phrenetici, pueri, decepti errore, dolo,
fraude, circa substantiam personæ, excæcti
passione, non validè contrahunt; quia agunt
sine cognitione: coacti vi, vel metu caden-
te in constantem virum, non validè contra-
hunt; quia agunt sine plena libertate.

ARTICULUS III.

De Matrimonio, quatenus est contractus civilis.

PROPOSITIO unica. Matrimonium est
contractus civilis. 1º. Quia nihil aliud
intelligimus. 2º. Quia, si ad Rem publicam
spectet, eos contractus dirigere, quibus res
exigui momenti aut donantur, aut vendun-

tur, aut commutantur; à fortiori ad Rem publicam pertinebit, matrimonialem contractum omnium maximum, & Reipublicæ magis utilem dirigere.

Matrimonium est contractus civilis.

Ergo debent in eo observari omnes solemnitates jure civili requisitæ; quia oportet, ut contrahentes legibus Reipublicæ subsint, & non dominantur.

Debent in Matrimonio observari omnes solemnitates Jure civili requisitæ.

Ergo si desint aliquæ ex illis solemnitatibus, Matrimonium erit vel illicitum, vel nullum; nullum quidem, si omissio sit irritans; illicitum, si omissio sit tantum impediens.
Matrimonium erit nullum, si omissio solemnitatis civilis sit irritans; illicitum vero, si sit tantum impediens.

Ergo videndum, quid irritum, quid vero illicitum reddat Matrimonium juxta Jus civile, vel scriptum, vel traditum; quia non aliunde, quam ex Jure scripto & ex consuetudine possunus addiscere, quid dirimat Matrimonium, & quid non dirimat. Quæ singulæ in priori parte explicuimus.

ARTICULUS IV.

De Matrimonio quatenus est Sacramentum.

PROPOSITIO unica. Matrimonium nondum est contractus naturalis & civilis, sed etiam Ecclesiasticus, & proinde Sacramentum. 1º. Quia per Matrimonium nihil aliud intelligimus. 2º. Ecclesia est in possessione septem Sacramentorum propriè dictorum: nulla autem ratio est, cur Matrimonium à re-

Iquis secessatur ; & Patres indicant , gratiam eo Sacramento contineri & conferri ; cum dicant , primò Christum venisse ad nuptias , ut eas constitueret , benediceret , & sanctificaret : uti enim , dum Baptizatus est , vim regenerandi contulit aquis ; ita dum nuptiis interfuit in Cana Galilææ , vim spiritualem sanctificandi contulit nuptiis. Secundò dicunt Nuptias sanctificari per verbum Sacerdotis ; uti sanctificantur Baptisma & Ordines ; etenim uti sacris cæmoniis Baptizati & Ordinati sanctificantur ; ita Sacerdotum precibus conjugati benedicuntur. Tertio asserunt fidelium , infideliumque nuptias distinguunt Sanctitate Sacramenti.

*Matrimonium est contractus Ecclesiasticus
& Sacramentum.*

Ergo non est res merè naturalis & politica , sed signum rei sacræ . 1^o. Est signum unionis Christi cum Ecclesia : ut docet Paulus ad Ephes. cap. 5. v. 32. *Sacramentum hoc magnum est ; ego autem dico in Christo & in Ecclesia.* Ut enim conjugati sunt unum in carne , juxta illud Math. 19. v. 5. *Erunt duo in carne una :* Ita Christus & Ecclesia sunt unum spiritu ; & sicut homo relinquit patrem & matrem , & adhæret uxori suæ ; ita Christus quasi reliquit sinum Patri æterni , ut copularet sibi Ecclesiam , & tradidit seminorum pro ea : & sicut mulier infidelis sanctificatur per virum fidem ; ita Ecclesia sanctificatur per Christum totius sanitatis principium , juxta illud : *Mundans eam lavacro aquæ in verbo vita.* Ad Ephes. 5. v. 26. 2^o. *Matrimonium est signum gratiae lance-*

tificantis conjugatos : ut enim Baptismus sanctificat ritè Baptizatum , confirmatio ritè confirmatum ; ita Matrimonium sanctificat legitime conjugatos .

Matrimonium est signum gratiae sanctificantis conjugatos.

Ergo , licet Matrimonium non sit comparabile , neque cum sacra virginitate , quæ expedita est ad sequendum agnum , quocumque ierit , neque cum castitate viduali , quæ libera est , ut non cogitet , nisi quæ Dei sunt : ut docet Aug. de bono viduitatis , neque cum Sanctorum Patriarcharum nuptiis : jam enim filiorum desiderium carnale est , tunc autem sanctum & spirituale . Aug. de bono conjug. cap. 13 & 17. Tamen , ut idem Sanctus dicit in multis honorabile est connubium : siquidem per Matrimonium . 1º. Numerus prædestinaturum hominum impletur . Aug. 1. de civ. cap. 13. 2º. Casus Angelorum reproborum suppletur . Aug. 22. de civ. 3º. Hominum mortalitati successione prolis succurritur . 4º. Sanctorum societas carnali generatione propagatur . Aug. de bono conjug. cap. 9. 5º. Libidinis morbo remedium adhibetur , ad eam cadentem velut lectulo excipiendam , ne in mortem ruat . Aug. 91. de Genesi . Cap. 7. Non ita ut omnino non cadant in conjugio , qui voluptatem venantur , sed ita ut plerumque mortaliter non cadant . Greg. 32. moral. 17. Demum tria bona Matrimonium includit , quæ actum conjugalem excusant ; quæ tria bona sunt proles , fides , & Sacramentum : desiderio etenim prolis fit non experta , sed tolerata libido ; custodiâ fidei libido fit ne-

dum tolerata, sed etiam expedita; Sacramen-
to vero lapsa quoque castitas usu conjugii,
ad figurandam unionem Christi cum Ecclesia,
& conferendam Christi gratiam elevatur.

*Matrimonium non præferendum cælibatū, est
tamen in multis honorabile.*

Ergo Matrimonium nulli per se prohibitum,
nulli per se imperatum in particuli. Matri-
monium nulli per se prohibitum; quia, quod
est ex multiplici capite bonum, non potest
esse prohibitum. Et Paulus ait ei, qui non
potest se continere: *Melius est nubere, quam
uri.* 1a. Ad Corinth. Cap. 7. v. 9. Matrimo-
nium nulli per se imperatum; quia cæliba-
tus, ut potè majus bonum, potest præcligi
Matrimonio; idèò tempore Evangelii omnes
ad virginitatem invitantur à Christo dicen-
te: *sunt Eunuchi, qui se castraverunt propter
Regnum Cælorum.* Math. 19 v. 12 Ab Aposto-
lo dicente. Bonum est homini mulierem non
tangere. 1a. ad Corinth. cap. 7. v. 1.

*Matrimonium nulli per se prohibitum, nulli
per se imperatum.*

Ergo excedunt uirinque hæretici, & illi,
qui Matrimonium singulis prohibitum volunt,
& hi, qui Matrimonium singulis imperatum
mentiuntur. Matrimonium non esse per se pro-
hibitum testatur Apostolus, dum dicit: *Si
acceperis uxorem, non peccasti, & ratus:* *Si
nupserit virgo, non peccavit.* Matrimonium
nulli esse per se imperatum testatur idem
Apostolus, dum dicit: *qui non jungit vi-
ginem suam Matrimonio, melius facit.*



MORALIS CHRISTIANA.

PROEMIUM.



N isto tomo agemus de vero
usu eorum librorum , qui ad
resolvendos casus conscientiaz
inservire possunt. In quatuor
tractatus dividetur. In primo
agetur de vero usu scripturæ.

In secundo de vero usu Conciliorum. In ter-
tio de vero usu iuris civilis , & Canonici. In
quarto de vero usu Patrum , Theologorum ,
& Casuistarum ; & quia tractatus isti ab in-
vicem non pendent , ita eos ab invicem dis-
jungemus , ut quilibet suum tomum videa-
tur efficere. Loquentes autem de vero usu
scripturæ , Conciliorum , juris Canonici , &
civilis , Patrum , & Theologorum , ad solos
casus conscientiaz , quod est instituti nostri ,
perceptiones nostras restringemus , & si quid
forte dixerimus , quod ad casus conscientiaz

Tom. VIII.

A

MORALIS CRISTIANA;
non videatur pertinere , eò nos trahet ea , quæ
est inter moralem & alias scientias , con-
nexio. Sed ad propositum veniamus.

Quicumque proprio studio casus conscienc-
tiæ resolvere voluerit , eorumque decisio-
nem ex ipsis , ut dicunt , fontibus haurire ;
his præcipue libris uti debet ; primò scrip-
tura , secundò summâ Conciliorum , tertiò
corpore juris civilis , & Canonici , quartò
summâ aliquâ *Morali Theologicâ* , in qua col-
lectæ reperiantur Patrum Theologorum &
Casuistarum sententiæ. Quippe in scriptura
reperiet revelationem scriptam : in summa
Conciliorum , revelationem traditam , Fe-
clesiæ præxim , & unanimem Sanctorum Pa-
trum consensum : in corpore juris civilis ,
& Canonici habebit leges utriusque juris : in
summa verò Theologica deprehendet , quæ sit
Patrum , Casuistarum , & Theologorum sen-
tentia ; & ita his præsidiis præmunitus , poten-
tit in resolvendis casibus ab errandi periculo
liberari. Ut ergo **eum** , qui huic studio vaca-
re voluerit , ad hunc laborem accendamus ,
eumque , quantum in nobis est , adjuvemus ;
de his quatuor libris , quibus usurpatur est , ali-
quid sequentibus tractatibus prælibabimus ,



ଶ୍ରୀମତୀ ପାତ୍ନୀ କଣ୍ଠରୁ ଏହାରେ ଦେଖିଲୁ କିମ୍ବା କିମ୍ବା

TRACTATUS PRIMUS

De Scriptura Sacra.

C A P U T P R I M U M.

In quo per varios paragraphos explicantur quædam ad scripturam Sacram pertinencia.

§. I.

Quid sit scriptura; & quæ eius certitudo.

Quilibet homo conscientius est se cogitare , & conscientius pariter est , se alteri homini cogitatata vel verbo , vel scripto manifestare. Si autem homo cogitet , à fortiori Deus : sed sicut homo alteri homini , quæ interiorius concipit , verbo , & scripto exterius prodit ; ita Deus , quæ summa ejus est bonitas , voluit hominibus ea , quæ in ipso sunt , scripto publico manifestare , & in libro , quem omnes legerent , interiores cogitatus exarare ; & liber ille per antonomasiam Biblia , id est liber librorum , seu scriptura nuncupatur. Scriptura ergo est verbum Dei scriptum , quo Deus Ecclesiæ revelavit , quæ iudicavit revelanda. In scriptura sacra non potest esse falsitas , neque quantum ad ea , quæ proponit ut credenda , neque quantum

A_{ij}

4 MORALIS CHRISTIANA.

ad ea , quæ narrat , ut facta , neque quantum ad ea , quæ prædictit , ut futura , neque quantum ad ea , quæ præscribit , ut à nobis facienda : quia Deus est autor principalis Scripturæ , qui ut pote prima veritas , non potest mentiri , quique pariter non potest fallere ex malitia ; quia est infinitè bonus ; nec fallere ex inscita ; quia est infinitè sciens..

§. II.

*Quid circa scripturam scire debeat moralis
Theologus.*

Qui resolvendis casibus incumbit , & ad hoc munus scripturæ uti vult , non debet insistere his quæstionibus , quibus occupantur Critici : illæ enim quæstiones ad resolvendos casus conscientiæ nihil inserviunt. Sufficit ergo , ut moralis Theologus vulgatæ versionis nitatur esse qui intelligentiam ; hæc enim versio juxta Tridentinum sessione 4^a. est authenticæ. Sic enim habet : struit , & declarat sancta Synodus , ut & ipsa vetus , & vulgata editio , quæ longo tot seculorum usu in ipsa Ecclesia probata est , in publicis lectionibus , disputationibus , prædicationibus , & expositionibus , pro authenticâ habeatur ; & ut nemo illam rejicere quovis prætextis audet , vel presumat.

§. III.

Quotuplex sit sensus scripturæ:

Duplex est sensus scripturæ , sensus litteral-

DE SCRIPTURA SACRA. §

Hs seu verbalis , & sensus allegoricus , seu realis. Sensus litteralis seu verbalis est ille , qui exprimitur per verba in sensu , vel proprio , vel figurativo accepta , quibus autor scripturæ intentionem suam , vel propriè vel figurativè loquendo , nütitur exprimere . v. g. *Deus creavit cœlum & terram.* Quibus verbis Moyses indicare voluit mundum istum à Deo factum , & non ab alio . Sensus allegoricus , seu realis est ille , qui exprimitur per verba simul , & res , v. g. *plantaverat Deus Paradisum voluptatis :* per hæc enim verba Moyses litteraliter indicat Deum plantasse hortum deliciosum , qui futurus esset habitatio Adami innocentis , significat verò allegoricè Paradisum ; qui est regnum cœlorum à beatis possidendum .

Sed quia solus sensus litteralis est regulæ fidei , & nullum Mysterium proponit , ut credendum , nisi sit supernaturaliter revelatum , vel in scriptura , vel in traditione ; ideo moralis Theologus decisiones suas debet firmare sensu litterali potius , quam allegorico ; & primò sensus litteralis intelligentiam indagare , qui exprimitur per verba , vel in sensu proprio , vel in sensu figurativo accepta .

§. IV.

Quæ scitu sint necessaria ad aſsequendam intelligentiam sensus litteralis expressi per verba accepta in sensu proprio.

Autor vulgatæ editionis textui primævo inlatiens , pluribus in locis hebraizat , & gra-

MORALIS CHRISTIANA.

cizat, id est, latinè loquens hebræum, vel græcum idioma imitatur, & Quisdam habet loquendi formulas, quas si ignoraveris, vix textum vulgatæ editionis poteris intelligere, & sensum litteralem ab illo autore primario intentum asséqui, quod ut facilius præstes, sequentes forte annotationes non erunt inutiles.

S. V.

Referuntur variae notationes circa nomen, praenomen, verbum, &c. quæ inservire possunt ad intelligendum sensum scripturæ, expressum per verba propria, & non figurativa.

De nomine proprio. Impositio nominis proprii apud autorem vulgatæ editionis, sive & apud hebræos, non est omnino arbitraria, sed nomen proptium denotat semper aliquem eventum, qui rei denominatæ conveniat; addò ut nomen proprium sit quasi compendiosa rei denominatæ historia; sic Christus, vocatur Jesus, id est salvator; quia salvum faciet populum à peccatis eorum. Sic Simon, vocatur Petrus, id est Petra, supra quam, Ecclesiam suam fundavit Christus. Sic Adam idem sonat ac extractus de terra rubra; quia re ipsa primus homo de terra rubra sumptus est. Sic Abel idem Sonat, ac luctus, quia futurus erat primus, qui plangendus esset in terra ob præmaturam mortem ei inferendam. Jacob idem sonat ac supplantator. Aliquando nomen ex duabus dictionibus componitur & tunc significat juxta sensum utriusque dictionis, v. g. Abram componitur ex ab significans pater,

& tam significans elevatus , ita ut sensus sit Abram est elevatus pater , aut pater credentium . Catalogum nominum Hebraicorum in bibliis consulere potes , ut nominum hebraeorum habeas intelligentiam .

De nomine appellativo tam substantivo , quam adjectivo . Nomen appellativum , apud hebreos , sicut & apud nos , est arbitratum ; ideo solus usus est consulendus . Quia tamen idioma sequitur genitum nationis , inde est quod autor vulgatæ editionis , sicut & hebrei , non juxta morem nostrum loquatur , sed juxta morem hebreorum . Sic quia Hebrei incolebant palestinam , eamque ferè solam regionem cognitam habebant , de rebus omnibus loquuntur , comparando eas ad Palestinam , v. g. mare Mediterraneum est mare magnum apud Hebreos ; quia non aliud cognoscebant , quamvis mare Oceanum sit longè magis extensum . Mons Carmeli apud Hebreos est cunctis montibus altior ; quia montem altiorem non cognoscebant , quamvis absolute sint alii montes altiores . Sic quia hebrei præcipue agrorum culturae , & pecoribus nutriendis vacabant , suas loquendi formulas à rebus pastoritiis , & agrestibus accipiunt , uti sit in carmine bucolico . Idem præstat autor vulgatæ editionis , v. g. pastor , idem est ac Rex , ovis , idem est ac subditus , Jeones , tigres , serpentes , idem sonant ac ferociissimi populi ; rursus quia hebrei exspectabant divitias ab agris , à pecudibus , à Filiis & mancipiis rebus agrestibus , & pastoritiis incumbentibus , apud illos dives erat homo ille , non qui habebat ingens pondus auri , &

argenti, sed qui multos habebat filios, aut servos, rebus pastoritiis & agrestibus occupatos.

De nomine substantivo. Apud Hebreos propter exiguum numerum radicum, quæ non sunt nisi 1022. à quibus omnia nomina derivantur, unum idemque nomen substantivum, unum idemque verbum, plura, immo opposita significat. Sic Amen significat hæc omnia, credo, confiteor expecto, opto, ut ea firma sint, quæ dicta sunt, & eveniant. Sic Vas quocumque instrumentum significat; unde vasa mortis sunt instrumenta inferentia mortem. Sic vox ista Verbum idem sonat ac quæcumque res; unde hæc phrasis, non erit impossibile apud Deum omne verbum, idem sonat ac nulla res erit apud Deum impossibilis. Sic peccatum significat aliquandò offenditam contra Deum, aliquandò pœnam peccatori debitam, aliquandò hostiam pro peccato oblatam; unde illud Pauli 2. ad Corin. cap. 5. v. 21. eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, id est hostiam pro peccato. Et illud Peccata populi comedetis Id est comedetis hostias oblatas pro peccatis. Sic Prophetare multa significat diversa à communione quæ est futura prædictere; etenim aliquandò significat Prophetiam confirmare; v. g. ossa Joseph post mortem prophetaverunt; id est Prophetias confirmarunt. Aliquandò significat ex afflatus dæmonis insana loqui. Sic 1º. Regum cap. 18. dicitur de Saül; invasit Spiritus Dei malus Saül, & Prophetabat in medio domus suæ. Aliquandò significat scripturas interpretari, juxta illud Pauli 1. Ad cor. cap.

34. v. 3. qui Prophetat, id est explicat scripturas, hominibus loquitur ad ad: ficationem & exhortationem, & consolationem. Aliquando significat miraculum patrare, juxta illud Eclesias. 48. v. 14. ubi de corpore Elisei dicitur: mortuum Prophetavit corpus ejus, id est miraculum patravit. Inde eadem phrasis opposita significat, v. g. portare iniquitatem, modo significat puniri, modò significat veniam impetrare. Sic Exodi. 28. portabit Aaron iniquitatem eorum, id est, impetrabit veniam pro impietatibus eorum. Et è contra textus iste. Filius non portabit iniquitatem patris, idem est, ac non punietur filius pro patris ini- quitate. Quoties ergo phrasis aliqua scriptura obscura est ob varias ejusdem vocis signifi- cationes, consulendum est dictionarium bi- blicum; vel in defectum illius, dictionarium Calepini, & videndum, quæ significatio vo- ci, cuius sensus quaeritur, conveniat.

De pronomine. Autor vulgaræ, sicut & Hebræi loco pronominis nomen ipsum principale repetit, ut multis exemplis constat. Sic pluit Dominus sulphur, & ignem à Domino, id est, à se; ita ut sensus sit: Dominus emis- fit ignem, & sulphur. Sic divisi sunt alter- utrum à fratre suo, id est divisi sunt à se ipsis. Pronomen Ego vel autoritatem imperandi, vel affectum obediendi, ut plurimum significat: Ego Dominus. Isaías. 45. Ego autem dico vo- bis. Math. 5. v. 22. Ecce ego mitto vos. Math. 10. v. 16. dixisti in cordé tno, ego sum. Isa. 47. v. 8. Ecce ego Domine. Act. 9. v. 10. Ego affectum, & promptitudinem obediendi im- portat. Pronomen meus, & tuus, aliquando

10 MORALIS CHRISTIANA.

activè , aliquando passivè , ut dicunt , sumitur in scriptura . *Judicia tua* . Osee 6. v. 5. id est judicia contra te exercenda . *Occidi virum in vulnus meum* Gen. 4. v. 23. id est , per vulnus à me inflatum . *Et adolescentulum in livorem meum* , id est , per livorem à me illatum . *Violenta sagitta mea absque ullo peccato* . Job. 34. v. 6. id est , sagitta mihi inficta .

De nomine adjectivo . Hebræi non abundant nominibus adjectivis ; idè loco nominis adjectivi utuntur nomine substantivo , vel in genitivo , vel in alio casu . Idem præstat & auctor vulgatæ , scilicet , quoties latine loquens , hebraisat : unde natae sunt frequentes hæ locutiones . *custodia in nocte* pro custodia nocturna ; *conventicula de sanguinibus* , pro sanguinea ; *loquens propositiones ab initio* , id est , antiquas ; *in potestate erat sermo ipsius* , id est potentissimus erat & efficax sermo illius : *spiritus sanctificationis* , id est Spiritus sanctificans ; *lex mortis* , id est , lex mortifera ; *filius perditionis* id est , perditioni addicendus : *Dominus gloriae* , Dominus virtutum , Dominus ultionum , potentiarum , misericordiarum , &c. id est Dominus gloriatus , virtuosus , uelis- cens , omnipotens , misericors : *Deus salutis meæ* , id est , salutaris mihi : *fallacia divitiarum* , idem sonat , ac fallaces divitiæ : *villicus iniuritatis* , id est villicus iniquissimus : *vas electionis* , id est , vas electum .

Sustantivum nomen sæpe pro adjectivo usurparunt , v.g quod altum est hominibus abominatio est coram Deo , pro abominabile : quod natum est ex carne , caro est , pro carnale ; quod natum essex spiritu spiritus est ; pro spirituale : qui facit ve- ita-

DE SCRIPTURA SACRA. II

tem, id est qui facit tem justam & veræ legi conformem: caro, & sanguis, id est: homo carnalis, & sanguineus: Circumcisio, idem est ac Circumcisus: præputium, idem est ac præputiatus: tenebrae, idem sonat, ac gentes in tenebris positæ: lux, idem sonat ac fideles illuminati per doctrinam Christi.

De comparativo. Hebrei non abundant comparativis, idè ad comparationem, utuntur primò positivo simplici, adjuncta particula, quam; secundò comparatione, in qua affirmatur quod præponitur, & negatur, quod postponitur; tertio, nomine substantivo significante aliquam excellentiam in ea re, in qua fit comparatio; quartò, dictione vehementiore vel mitiore, quam exigat res, quæ exprimi debet per gradum comparativum; quintò præpositione comparativum indicante. Sic si hebraisando vellem dicere, Petrus est mihi carior Paulo, dicerem, primò, per simplex positivum cum particula quam, Petrus est mihi carus, quam Paulus. Secundò per comparationem affirmantem, quod præpono, & negantem, quod postpone, dicerem; Petrus est mihi carus, & Paulus non carus. Tertio per substantivum importans excellentiam; & comparationem in ea re, de qua est sermo: Petrus est mihi vita, & non Paulus, in Petro sunt deliciæ meæ, & non in Paulo. Quartò, per dictiōnem vehementiorem, vel mitiorem, quam res exprimenda exigat, dicerem: Petrus est mihi carus, Paulus odiosus; vel Petrus non est mihi odiosus, bene tamen Paulus. Quintò, Per præpositionem, Petrus est mihi carus præ Paulo,

à Paulo , super Paulum ; quas loquendi formulas apud autores purioris latinitatis regentes. Hinc natæ sunt istæ phrases , in vulgarata frequentissimæ , quibus autor ille sacer , adjectivum comparativum supprimens , comparisonem tamen exprimit ; cuius locutionis hic exempla subijcio.

Exempla , in quibus simplex positivum pro comparativo ponitur. *Bonum est tibi in vitam intrare debilem , vel claudum , quam duas manus habentem ire in gehennam : id est , melius est tibi.* *Bonum est confidere in Domino , quam confidere in homine , Psal. 117. v. 8. id est , melius est.* *Bonum mihi lex oris tui super millia auri , & argenti.* Psal. 118. v. 72. id est , melior lex tua , ô Deus , est mihi quocumque auro. *Quam bonum est arguere , quam irasci Id est melius est arguere , quam irasci.* Utile est mori sine filiis quam relinquere filios impios. Ecl. cap. 16. v. 4. quod & apud autores profanos invenitur ; plautus ait : tacita mulier est bona semper , quam loquens , id est longè est melior. Et Seneca : vir ingenii magni quam probi lib. 1. de ira.

Exempla , in quibus comparatio exprimitur affirmando , quod præponitur , & negando quod postpositur. *Misericordiam volo , & non sacrificium , Osée 6 v. 6. id est , malo misericordiam quam Sacrificium.* *Ego sum vermis , & non homo.* Psal. 21. id est , sum vermis potius , quam homo. Non ego , sed gratia Dei mecum. 1. cor. 3. v. 7. id est , non tam ego , quam gratia Dei.

Exempla , in quibus exprimitur comparatio per

per nomen substantivum , excellentiam rei significandæ importans , vel comparationem implicitam continens. *Favus mellis composita verba* , Proverb. 16. v. 24. id est verba composita magis placent quām favus mellis. *Increpa feras arundinis , congregatio taurorum in vaccis populorum* , Psal. 67 v. 31. id est , increpa tyrannos , qui sunt ferociores feris habitantibns deserta , & qui sunt magis tre- enendi , quām tauri excitantes strepitum inter vaccas.

Exempla , in quibus loco comparativi ponitur terminus vehementior , vel mitior. *Jacob dilexi , Esaū odio habui* ; Malach. cap. 1º. id est Esaū minus amavi. *Nolite declinare post vana idola , quæ non proderunt vobis* 1. Reg. 12. v. 21. id est , quæ magis oberunt , quām proderunt. *Non est utile nobis relin- quere legem* 1º. Mach, 2. v. 22. id est perni- ciosum nobis esset , quām possem dicere.

Exempla , in quibus comparativus exprimitur per præpositiones comparantes. *Descen- dit hic iustificatus ab illo* , id est , præ illo. *Abundavit cogitatio ejus , & consilium ejus ab abyssō magna* Eccles. 24. 39. id est. Cogitatio ejus longē latior , quām mate , & cogitatio ejus profundior , quām abyssus.

De superlativo , Hebræi non abundant superlativis , ideo ad exprimendum superlativum utuntur 1º. Adverbiis amplificantibus. 2º. Re- petitione. 3º. Synominatione. 4º. Nominis abstractione. 5º. Nominis Dei additione. 6º. Nomine adjektivo in neutro genere. Sic si hebraïsando vellem exprimere maximum pec- catorem , dicerem , per adverbia hominem

valdè , & maximè scelatum , vel repetitio-
ne peccatorem , peccatorem nuncuparem , vel
synonimatione sceleratum , & scelatum , per
nominis abstractionem dicerem , homo ille
peccatum ipsum est . vel per nominis Dei
additionem , peccatorem coram Domino ap-
pellarem , vel usurpando adjectivum in neutro
genere , vel in plurali , vel in singulari ; ho-
mo ille scelatum est , vel homo est , in quo
sunt scelentissima . Quas loquendi formulas
apud puriores latinitatis autores aliquandò ce-
peries . Sic apud Phædrum , improbus leo ,
vocatur improbitas . Apud Terentium , homo
sceleratus vocatur scelus , apud Horatium
amarata curatum , pro rebus amarissimis .

Exempla , in quibus per adverbia , vel per
nomen , omnis , exprimitur gradus superlativus .
Vidit cuncta , quæ fecerat , & erant valdè bona.
Gen. 1. v. 3. id est optima . *Gavis sunt gau-
dio magno valdè .* Math. 2. v. 10. id est , maxi-
mè . *Multiplicabo te vehementer nimis .* Gen.
17. v. 2. id est quam maximè . *Omnem escam
abominata est anima eorum .* Psal. 105. id est ,
nobilissimam escam , scilicet manna repudiarunt
Universa vanitas omnis homo vivens . Psal. 28.
id est , homo est maxima vanitas . *Deum ti-
me , & mandata ejus observa ; hoc est enim
omnis homo , id est , qui hoc facit est præ-
stantissimus homo .* Eccles. 12. v. 13. *hi sunt
Dii , qui percusserunt Ægyptum omni plaga in
deserto .* 1. Reg. 4. v. 8. id est , durissimis
plagis .

Exempla , in quibus gradus superlativus
exprimitur per ejusdem nominis repetitionem .
Morte morieris , Gen. 2. 17. id est certa vel

severa morte morieris. *Ficus bonas & bonas valde.* Jerem. 24. 3. id est, plusquam optimas. *Ficus, & ficus malas, malas valde,* id est plusquam pessimas. *multiplicans multiplicabo semen tuum.* Gen. 17. v. 1. id est, maximè multiplicabo. *Facite alveum torrentis hujus fossas & fossas 4.* Reg. 3. 16. id est, multas fossas effodite. *Homo & homo natus est in ea,* scilicet Ecclesia. *Generatio & generatio laudabit opera tua.* Psal. 144. id est, generaciones sibi succedentes laudabunt Dei opera illuc ascenderunt tribus & tribus Domini, Psal. 121. id est, omnes tribus. Quandò ter repetitur idem nomen, tunc maximè crescit expressio. *Terra, terra, terra, audi vocem Domini.* Jerem. 22. v. 2. id est, omnis terra audiat. Eundem gradum superlativum exprimunt istae phrases: faciens faciet. I. Reg. 26. 25. id est promptissimè faciet. *Potens, poteris,* I. Reg. 26. 15... id est potentissimus eris. *Castigans castigavit me Dominus.* Psal. 117. 18. id est maximè castigavit. *Plorans ploravit in nocte.* Thren. 1. 2. id est continuò ploravit.

Exempla, in quibus gradus superlativus exprimitur per Synonymationem, id est, per plura nomina idem significantia; vel per duplum comparativum gradum. *Morieris & non vives* Isaï 38. v. 1. id est, certò morieris. *Destruxit, & non pepercit* Thre. 2. v. 17. id est, integrè destruxit. *In flamma ignis 2.* Theſſal. 1. v. 8. in flamma ignicula, ut dicunt, seu maximè ardente. *Vita vivet, & non morietur.* Ezech. 16. v. 21. id est, omnino vivet. *Cos-*

fessus est, & non negavit quia non sum ego Christus. Joan. 12. 20. *id est apertissime confessus est.* Nonne magis pluris estis illis. Math. 6. v. 26. *id est nonne vos longissime illis præstatis.* Beatus est magis dare, quam accipere. Act. 20. v. 35. Longè præstantius uest, vel præstantissimum. *Veniens veniet.* & non tardabit. Habacuc. 2. *id est, citissime veniet.*

Exempla, in quibus exprimitur gradus superlativus per additionem genitivi, & præcipue pluralis. *Rex regum,* id est rex potentissimus. *Servus servorum,* id est, vilissimum mancipium. *Princeps principum Levitarum,* id est, supremus omnium Levitarum. *Cœli Cœlorum,* id est, amplissimum Cœlum. *Sancta Sanctorum,* id est locus Sanctissimus. *Vanitas vanitatum,* id est res vanissima. *Canticum Canticorum,* id est, Canticum excellentissimum.

Exempla, in quibus exprimitur gradus superlativus per nominis Dei additionem. Quia Hebrei ob cultum, quem habebant erga Deum, nihil Deo majus concipiebant, superlativum per nominis Dei additionem exprimebant; inde natae sunt istae Phrases. *Filius Dei,* id est, homo sanctus. *Filius hominis,* id est, homo impius. *Princeps Dei est apud nos.* id est, maximus Princeps. *Mons Dei,* id est, mons altissimus. *Cedrus Dei,* id est cedrus altissima. *Sodomitæ peccatores coram Domino,* id est, maximi peccatores. *Nemroth venator robustus coram Domino,* id est, venator robustissimus.

Exempla, in quibus gradus superlativus exprimitur per nominis abstractionem. Ego

sum VERITAS, id est, veracissimus. Omnis INIQUITAS oppilabit os suum, Psal. 106. id est, omnis homo licet iniquissimus oppilabit os suum. Et congregavit CAPTIVITATEM multam 1. Mach. 14. v. 7. id est, congregavit quam plurimos captivos dura captivitate oppressos. Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit; ut nos efficeremur F V S T I T I A. Dei in ipso. 22. ad Corint. 5. v. 21. id est Christum fecit hostiam pro peccato, ut efficeremur justissimi. Donec destruatur homo P E C C A T I, id est, homo sceléstissimus, seu antichristus.

Exempla, in quibus gradus superlativus exprimitur per positivum in neutro genere. *SANCTUM Domino vocabitur, id est, res sanctissima erit Deo. Quod stultum est Dei, id est, quod est stultiissimum coram Deo. Eodem vergit haec phrasis, contra S P I R I T U A L I A nequitiae, id est, contra spiritus nequissimos.*

DE VERBO. Verbum apud autorem vulgatae, sicut & apud Hebreos, quos imitatus est, potest sumi, vel quoad significacionem, vel quoad temporum variationem.

DE VERBO sumpto quoad significacionem. Verbum apud Hebreos sicut & apud Latinos, significat vel esse, vel agere, vel pati. Sustantivum significat esse, activum significat agere, passivum significat pati.

Verbum sustantivum sum, sumptum in scriptura in proprio sensu, significat aut unionem extremonum, aut mutationem unius in aliud, nisi ex ea mutatione sequatur implicatio, s. g. *Hoc est corpus meum, id est,*

18 MORALIS CHRISTIANA.

Hoc, scilicet panis, mutatur in corpus meum.
Vites in spinas & vepres erunt. Isaï 7. v. 23. id est, vites in spinas, & vepres mutabuntur.
Erit desertum in Carmel. Isaï. 32. v. 15.

Verbum activum, aut passivum non semper significat actuale exercitium actionis, vel passionis, sed significat aliquid, quod præcedit actionem; modò enim vim agendi significat; modò dispositionem, & præparationem ad actionem importat, aliquando jus, aut officium exercendi actum exprimit; modò tantum conatum, aut desiderium agendi indicat; demùm interdum aut consuetudinem, aut occasionem, aut permissionem circa actionem. Quæ singula sequentibus exemplis innotescunt. Sic sequentes phrases non actionem, sed vim agendi significant. *Spirituatus homo omnia dijudicat. 1a. cor. 2. v. 25.* Id est vim habet dijudicandi. *Qui commovet terram de loco suo. Job. 9. v. 6.* id est vim habet commovendi. *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Joan. 1. v. 9.* id est vim habet illuminandi. *Ecce qui tollit peccatum mundi. Joan 1. v. 29.* id est vim habet tollendi omne peccatum, id est singula peccata. *Omne peccatum blasphemie remittetur hominibus. Matth. 12. v. 31.* id est potest remitti.

Sic sequentes phrases non actionem significant; sed præparationem, & dispositionem ad actionem. *Egressi sunt Hæbrei vesperè ex Ægypto. Deut. 16. v. 6.* id est præparaverunt se ad egrediendum. *Ignorans quam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. ad Rom. 2. v. 4.* id est Deus paratus est ad

re adducendum. Et istae phrases non inchoationem, sed futuram actionem certò promuntiant. Ne vagari incipiam. Cant. 1. 6. id est ne divager. Incipiam te evomere ex ore meo. Apocal. 3. v. 16. id est certò evomam te.

Sic sequentes phrases non actionem significant, sed jus aut debitum ad exercendam actionem important. Ipsi superiores pervagilant quasi rationem reddituri. Hebr. 13. v. 17. id est jus, & debitum habent pervagilandi. Quis eum plus diligit. Luc. 7. v. 42. id est jus, & debitum habet diligendi. Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt. Matth. 16. v. 52. id est jus, & debitum exigunt, ut peccant.

Sic sequentes phrases non significant actionem, sed solum conatum, aut voluntatem, aut desiderium exercendi actionem exprimunt. Per omnia omnibus placebo. 1a. Cor. 10. v. 33. id est nitor placere. Ne vocemini Magistri. Math. 23. v. 10. id est ne conemini vocari Magistri. Ego ab homine testimonium non accipio. Joan. 5. v. 34. id est non tento, non enitor accipere. Si offeris munus tuum ad altare. Matth. 5. v. 23. Si desideres offerte. Qui major est in vobis. Luc. 22. v. 26. id est qui vult esse major.

Sic sequentes phrases non actionem, sed permissionem, consuetudinem, aut occasionem, aut iussionem ad actionem enuntiant. Indurabo cor Pharaonis, id est permittam, ut induretur. Excœcta cor populi hujus, & aures ejus aggrava. Isa. 6. 10. id est permittas, ut excœcentur, & ut obsurdescant. Omne quod dedit mihi pater, non perdam ex eo. Joan. 6. v.

39. id est non sinam perdere. Tradidit in reprobum sensum. id est permisit labi in reprobum sensum. Et ne nos inducas in temptationem. Matth. 6. v. 13. id est non sinas induci. Non contunduntur Iudei Samaritanis. Joan. 4. v. 9. id est non habent consuetudinem contendi. Quare nos, & Pharisei jejunamus frequentius, Discipuli autem tui non jejunant. Matth. 9. v. 14. id est, quare nos solemus jejunare, & tui discipuli solent non jejunare. Et hic, id est, Iudas possedit agrum iniquitatis. Act. 1. v. 16. Judas non possedit, sed dedit occasionem, ut a Iudeis possideretur. Virum, cuius est zona haec, sic alligabunt in Hierusalem Iudei. Act. 21. v. 11. Iudei non alligatunt, sed dederunt occasionem, ut alligaretur. Joannem ego decollavi. Luc. 9. v. 9. id est, jussi ut decollaretur. Accesit ad eum centurio. Matth. 8. v. 5. id est jussit ut aliquis suo nomine ad Christum accederet.

Aliquando uni, & eidem verbo duplex affingitur actio, v. g. *Spiritus postulat pro nobis*; id est postulantes facit. *Nunc cognovi, quod timeas Dominum*; id est cognoscere feci. Per quem accepimus gratiam, & *Apostolatum ad obediendum fidei*. Ad Rom. 1. v. 5. id est ad faciendum ut obediant. Deus vult omnes homines salvos fieri, id est, ut exponunt multi interpres, Deus inspirat Prædicatoribus, & Pastoribus voluntatem salvandi omnes homines.

De Verbo Sumpcio quoad temporum mutationem.

HEBRAEI utuntur tribus tantum tempore-

ribus, scilicet praesenti, praeterito, & futuro. Et re ipsa non aliud est tempus, nisi praesens, praeteritum & futurum; nam imperfectum, & plusquam perfectum, imperativus, & optativus modus ad tria praedicta tempora reducuntur. Cum autem auctor vulgariter saepius Hebreos imitetur, saepius ad eorum imitationem praeteritum, & futurum tempus immutat.

De variatione temporis praeteriti apud Hebreos

Præteritum tempus immutatur aliquando per presens, sicut & apud Latinos immutatur elegantiæ causâ. Inde ortæ sunt istæ Phrases. *Dormiens*, inquit Job, *siferem...* *cum regibus*, qui *edificant*, id est *edificarunt*, *sibi solitudinem*. *Hierusalem*, inquit David, *que edificatur*, id est *edificata est*, *ut civitas*. Psal. 121. v. 3. *Dispersi eos*; id est, *Iudeos*, *per regna*, *que nesciunt*, id est *que nescierunt*. Zach. 7. v. 14. *Sicut locutus est per os sanctorum* qui à *seculo* sunt, id est fuerunt, *Prophetarum ejus*. Luc. 1. v. 70. *Quid si delictum illorum divitiae sunt*, id est *factæ fuerunt*, *mundi*. . . *quanto magis plenitudo illorum*. Ad Rom. 11. v. 12.

De Variatione temporis futuri apud Hebreos,

Futurum variatur apud Hebreos quadrupliciter, scilicet per praesens, per praeteritum, per modum optativi, & per modum imperativi.

Futurum aliquando exprimitur per praesens

22 MORALIS CHRISTIANA.

tum apud Hebræos, tum apud autorem vulgaris editionis; quia præsens Hebraicum forte non est diversum à futuro; & hæc potest esse ratio Grammaticalis hujus mutationis; ratio verò Theologica hæc esse potest, quod quidquid scriptura dicit, ita certum est, ut quæ pronuntiantur futura, non minùs certa sint, quam si jam essent præsentia.

Exempla, in quibus præsens ponitur pro futuro.

Accedite ad eum, & illuminamini, pro illumina-
bimini Psal. 23. v. 6. Morietur omne
primogenitum in terra ægyptiorum à primogeni-
to Pharaonis, qui sedet pro sedebit in solio
ejus, usque ad primogenitum ancille, qui est
ad molam, pro erit. Exod. 19. v. 5. Sacerdo-
tes quoque, qui accedunt ad Dominum, pro
qui accedunt, Sanctificantur, pro sanctifica-
buntur Exod. 19. v. 22. Futurum apud Hebræos
exprimitur aliquando per præteritum. Ratio
Grammaticalis esse potest; quia præteritum
Hebraicum non est diversum à futuro. Ratio
verò Theologica esse potest; quia Scriptura
ita est firma, ut quæ in ea pronuntiantur ne
futura, non minùs certa sint, quam si jam
evenissent.

Exempla, in quibus Præteritum ponitur
pro future.

Dux fuisti, pro eris, in misericordia tua
populo tuo. . . . portasti eum in fortitudine tua,
pro portabis. Exod. 15. v. 13. Audivi oratio-
nem tuam. . . . & ecce sanabo te, die terzia

ascendes templum Domini; sanavi te pro sanabō
te 4. Reg. 20. v. 5. Sapientia, & scientia data
sunt tibi, pro , dabuntur tibi. 2. Paralipom.
I. v. 12. Propterea captivus duxsus est populus
meus , pro captivus ducetur. Quia non habuit
scientiam pro non habebit. Isai. 5. v. 13. Fur-
rum aliquando exprimitur per imperativum ;
Ratio est, quia imperativus est quasi quoddam
futurum.

*Exempla , in quibus imperativus modus
ponitur pro futuro.*

Quod facis, fac citò, id est facies citò, quod
proponis hæc enim vox non est hortantis ,
sed prædicentis. Tu exaudies de cælo , & pro-
pitare peccato populi tuū Israël , pro propitia-
beris , & reduc eos in terram ; pro reduces 2.
paralipom. 9. v. 25. & v. 130. ibid. Tu exau-
dies de Cælo , & propitiare ; id est , propitia-
beris.

Futurum exprimitur per præsens optativi
modi ; quia modus optativus est quasi quod-
dam futurum.

Exempla , in quibus optativus ponitur pro futuro:

Deleantur de libro viventium , pro delebun-
tur , vel futurum est , ut deleantur. Hæc
enim verba non sunt optantis , sed prophe-
tantis. Fiat Dan Coluber in via , pro fieri.
Gen. 49. v. 17. Gladius eorum intret in corda
ipsorum , pro , intrabit. Psal. 36. v. 19. Con-
fundantur , qui me persequuntur , & non con-
fundar ego. Paveant illi , & non paveam ego.
Induc super eos diem afflictionis : Ubi optati-

24 MORALIS CHRISTIANA:
vus ponitur pro futuro. Et dixit Dominus
ad satan, increpet Dominus in te satan, & in-
crepet Dominus in te, pro, increpabit. Zacha-
riæ. v. 2.

. De Syntaxi Biblii vulgata editionis propria.

Syntaxis est congrua vocum unio. Consistit vel in CONVENTENTIA, vel in REGIMINE. Syntaxis, quæ sita est in CONVENTENTIA, est naturalis eademque in singulis idiomatibus; nam natura ipsa exigit, ut substantivum nomen regat adjективum, nominativus antecedens relativum, verbum interrogativum responsivum. Inde fit quod numquam sit nomen adjективum sine substantivo vel expresso, vel subintellecto, numquam relativum nomen sine antecedenti; numquam responsivum sine interrogativo; nunquam verbum sine nominativo.

Syntaxis, quæ sita est in REGIMINE, est omnino arbitratia; ideo diversa est juxta versum idiomata. Et quia vulgata translatio & Hebæram, & Græcam linguam æmulatur, ideo utriusque regimen usurpat, & à regimine linguae Latinæ recedit. Unde reperias in vulgata plures loquendi modos à pura Latinitate discrepantes, & ad Hebæram, vel Græcam linguam accedentes. Inde est, quod aliquando contra regulas Latinæ Grammatices verbum passivum usurpatur pro activo, aut vice versa, masculum genus pro fœminino, aut neutro, & numerus pluralis pro singulati; & vice versa. Casum pro casu sæpè usurpat. Sic autor vulgata affingit verbo passivo, aut

aut neutri regimen verbi activi. Dicit v. 9. *Emigravit te. Psal. 51. v. 7. Pro educet te. Exultabit lingua mea iustitiam tuam. Psal. 50. v. 16. Pro cantabit. Jubilate montes laudem;* id est conclamate. Affingit pariter verbo activo, aut deponenti regimen verbi passivi. Dicit v. g. Ad Rom. 1. v. 12. *Consolari in vobis*, Pro consolationem accipere. Sic idem auctor ponit genus pro genere, v. g. *Spiritus*, seu pneuma, *Domini eplevit orbem terrarum*, & hoc quod continet omnia, pro hic spiritus, qui continet omnia. sap. 1. 7. *Ager venundatum erat in tua potestate. Act. 5. v. 4. Pro ager venundatus erat in tua potestate.* Sic idem auctor ponit singulare pro plurali, vel plurale pro singulari; ut mos est apud Hebreos, v. g. Dicit. *Abscondit se Adam*, & *uxor ejus in medio ligni Paradisi. Gen 3. v. 8. Pro absconderunt. Et gen. 49. v. 6. Occiderunt virum, pro, viros. Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum;* id est peccata. Item dicit, *portavite Dominus Deus tuus in omni via*, per quam ambulasti. Deut. 1. v. 31. *Ut omne, quod dedisti ei, dei eis vitam aeternam. Joan. 17. 2. pro dei ei.* Sic idem auctor casum pro casu usurpat. uti mos est apud Hebreos, quorum nomina sunt indeclinabilia. Dicit, v. g. *Sicut locutus est ad Patres nostros Abraham, & semini ejus. Luc. 1. v. 15. id est ad semen ejus. Quousque irruitis in hominem . . . tanquam parieti inclinato, & maceriae depulsa. Psal. 61. v. 4. pro in patiem inclinatum . & maceriam depulsam. Ut producat illum ad vos tanquam aliquid certius cognituri, de eo. Act. 23. v. 15. pro cognituros.* Itam idem auctor usurpat in

lingua Latina casum, qui usurpatur in Græco.
v. g. Utitur sèpiùs genitivo, loco ablativi,
sed quia hæc casuum inversio frequentissima
est apud autorem vulgatæ; idè sit hæc spe-
cialis annotatio.

*De Vario casuum Regimine Biblii vulgate
editionis proprio.*

Nomen, ut notat autor de la Grammaire raisonnée, non solum rem significat, sed per casus, quibus flectitur, aut per articulos, quibus præceditur, enuntiat varios ejusdem rei respectus v. g. Rectus, seu nominativus exprimit respectum identitatis, v. g. Deus est bonus; id est Deus idem est, ac habens bonitatem. Genitivus exprimit respectum possessionis, v. g. Creatura Dei; id est pertinens ad Deum. Dativus dicit respectum acquisitionis, v. g. Placere alicui. Accusativus enuntiat respectum actionis ad subjectum, vel objectum, v. g. Aro terram, colo Deum. Vocativus dicit respectum ad eum, quem vocamus, ô Domine, ô Cœlum. Ablativus dicit respectum à quo res fit, vel modum, quo res fit, v. g. Homo creatus à Deo, lis suscepta bono animo. Sed præter illos respectus autor vulgatæ alios speciales quibuslibet casibus affingit.

NOMINATIVUS aliquandò in vulgata absolute ponitur, v. g. Omne verbum otiosum, quod locui fuerint homines, reddent rationem de eo. Math. 12. v. 30. Ubi nominativus à nullo frègitur. Dominus in Cœlo sedes ejus. Psal. 149. 1. In diuinum meus, impelluta

via ejus. Psal. 17. 31. Nominativus s^epe in vulgata exprimitur per accusativum cum præpositione. Factus est primus homo Adam in animam viventem, novissimus Adam in spiritum vivificantem. Ia. Cor. 15. v. 45. id est factus est homo anima, & spiritus vivificans. Ego ero illi in Patrem; & ipse erit mihi in Filium. Heb. 1. 5. Id est ero illi pater, & ipse erit mihi Filius. Factus est in caput anguli. Matth. 21. v. 42. Id est factus est caput anguli

GENITIVUS in vulgata exprimit respectum causæ efficientis, finalis, formalis, & materialis, inquit & exemplaris. 1°. Quidem per genitivum exprimitur respectus causæ efficientis, v. g. *Venite benedicti Patris mei*, Math. 25. v. 34. Id est benedicti à Patre. *Erunt omnes daci b*ies* Dei.* Joan. 16. v. 4?. id est docti à Deo. *Domi*n*ii est salus.* Psal. 3. v. 9. id est à Domino est salus. 2°. exprimitur respectus causæ finalis. *Hoc est opus Dei.* Joan. 6. v. 29. id est opus propter Deum. *Oves occisionis.* Rom 8. v. 36. id est, destinatæ ad occisionem populus *interfectionis* mee. Isa. 34. v. 5. *Quem destinavi ad interfectionem.* *Filius perditionis.* Joan 17. v. 12. *Quem destinavi ad perditionem.* Aliquando genitivus dicit respectum causæ quasi materialis, occurret *vobis Homo lagenam aquæ bajulans.* Mar. 14. v. 13, id est plenam aquæ. *Accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi.* Matth. 16. v. 7. Genitivus item dicit respectum causæ quasi formalis, v. g. *Vir sanguinum,* id est vir sanguineus 2. Reg. 76. v. 7. *Filius olei* Isa. 5. v. 1. Id est vir pinguis. Genitivus dicit s^epius respectum ad

28 MORALIS CHRISTIANA.

causam exemplarem : prædecet illum in spiritu, & virtute. Eliæ. Luc. I. v. 17 id est in spiritu imitante Eliam. Sepulturā asixi sepelietur. Jerem. 22. v. 19. id est sepultura imitante sepulturam asini. Demum genitivus, quo vulgata utitur, potest exprimi per alium casum addendo præpositionem, in, circa, &c. Evangelium regni. Matth 35. id est circa regnum. Dedit illis potestatem spirituum immundorum. Matth. 10. v. 1. id est in spiritus immundos. Habete fidem Dei. Marc. 11. v. 21. id est in Deum. Exprimitur adhuc genitivus in vulgata per ablativum, ut moris est apud Græcos, quæ loco ablativi utuntur genitivo.

Quæ necessaria sunt ad assequendum scripturærum sensum latentem sub figuralibus locutionibus.

Nullus est autor, qui aliquando figuratibus locutionibus non utatur, sed Hebrei toti sunt in tropis; ideo autor vulgatae eos imitatus, tropis ita frequenter utitur, ut eadem locutio, quæ apud nos esset figuralis, & tropica, in scriptura ob frequentem usum fuit vulgaris, & propria; quare ut facilius textus sacer intelligatur, percurrentæ hic sunt figuræ, quæ frequentius in Bibliis usurpantur.

Figuræ frequentiores in scriptura sunt Metonymia, Synecdoche, Metaphora, &c.

Metonymia est figura, in qua nomen alicui proprium, tribuitur alteri, cui non est proprium; & hoc sine analogia, aut comparatione. Sic genus sumitur pro specie, species pro genere, vel una species pro alia specie;

causa sumitur pro effectu , effectus pro causa ; abstractum pro concreto , concretum pro abstracto ; signum pro significato , significatum pro signo , &c.

Exempla , in quibus species sumitur pro genere aut genus pro specie . Sic . Genes . 1 . v . 21 . Monstrum marinum vocatur cetum , seu balena , alibi vocatur sirene . Sic arbor glandifera vocatur aliquando quercus , aliquando ilex , aliquando terebinthus . Sic arbor fructifera vocatur lignum pomiferum .

Exempla , in quibus species sumitur pro specie . Mensuræ Hebreis propriæ , v. g. Hin , gomer , satum , ephi per mensuras aliis populis proprias exprimuntur à vulgata , v. g. per modium , sextarium , congium , &c. Unus sensus ponitur pro alio , v. g. Visus pro tactu ; quia vidisti me Thoma , pro quia tetigisti me Thoma , credidisti . Joan . 20 . v . 29 . Visus ponitur pro auditu , cunctus autem populus videbat voces , &c. Exod . 20 . v . 18 . id est audiebat . Oculi ponuntur pro naribus , faciere fecistis odorem nostrum in oculis ; id est naribus Pharaonis . Exod . 5 . v . 21 . Videre ponitur pro gustare , & sapere , gustate , & videte ; id est , sapore probate , quoniam suavis est Dominus .

Exempla , in quibus effectus ponitur pro causa , vel causa pro effectu . Peccatum quod propriè denotat culpam contra Deum , sumitur pro effectibus emanantibus à peccato , v. g. pro poena debita peccato , pro hostia immolanda pro peccato ; pro immunditia legali similitudinem aliquam habente cum peccato .

Exempla , in quibus abstractum ponitur pro

concreto , vel concretum pro abstracto. Præputium ponitur pro præputiato . circumcisio pro circumcisso. Si præputium , id est præputiatus , seu gentilis justitias legis custodiat. Ad Rom. 2. v. 26. Beatitudo ergo an in circumcisione tantum manet , an etiam in præputio. Ad Rom. 4. v. 9. id est hæc promissio pertinet ne tantum ad circumcisos , seu Iudeos ; nonne etiam ad præputiatos , seu gentiles. Sanctificatio ponitur pro sanctificatore , & redemptio pro redemptore. Ex ipso vos es sis in Christo Iesu , qui factus est vobis sapientia à Deo , & justitia , & sanctificatio , & redemptio. 1a. Ad Corint. 1. v. 30. id est Christus est ille , qui nos docet , justificat , redimit , & sanctificat. Dominationes ponuntur pro dominantibus , visitationes ponuntur pro visitatoribus , pax ponitur pro pacifice , justitia pro justo. Isaïæ 60 v. 17. Ponam visitationem tuam , id est visitatores tuos , pacem , id est pacificos , & præpositos tuos justitiam , id est justissimos. Sic fides , id est fidèles dicuntur futuri comites Christi , & erit fides cinctorum rerum ejus , id est Christus cingetur fidelibus. Captivitas ponitur pro captivis , transmigratio pro his , qui transmigrarunt , reducam captivitatem vestram , id est captivos , Istaëlitæ. Jerem. 29. v. 14. Audite verbum Domini omnis transmigratio , id est vos omnes Istaëlitæ , qui transmigrasti. Jerem. 29 v. 20.

Exempla , in quibus potentia ponitur pro objecto , vel objectum pro potentia. Visio idem est ac res visa. Visio Isaïæ filii amos , quam vidit. Isaï. 1. v. 1. Aspectus sumitus

pro colore, qui aspicitur. *Cum malum capillorum mutaverit aspectum, id est colorem, Lepra vetutissima judicabitur.* Levit. 13. v. 10. Auditus pro re audita sumitur. *Quis credidit auditui nostro, id est rebus auditis a nobis.* Isai. 53. v. 1. Spes sumitur pro re sperata; spes, id est, res sperata, quæ differtur, affigit animam. Pro. 13. v. 12. Timor sumitur pro re, quæ timetur. *Furavit ergo Jacob per timorem Patris sui Isaac, id est, per eum, quem timebat Isaiae Genes. 31. v. 53,*

Exempla, in quibus nomen figuræ sumitur pro figurato, & figuratum pro figura: & aliquando stemma pro eo, qui defert stemma. Christus vocatur David Ezech. 34. v. 23. quia figuratur per Davidem. *Et suscitabo super eas Pastorem unum, qui pascat eas, servum meum David.* Item quæ de Christo dicuntur, non semper ei in persona convenient; sed subinde ei convenient tanquam capiti, subinde ejus corpori mystico, quod est Ecclesia, subinde utrique, v. g. Christus dicitur missus ad gentes Zach. 2. v. 8. & tamen non per se, sed per Apostolos gentibus prædicavit. Babylon sumitur pro civitate, in qua regnat Diabolus. Jerusalem vero pro civitate sancta, seu Ecclesia, in qua regnat Christus; quia Babylon significat Regnum Diaboli; & Jerusalem Regnum Christi. Item excidium, & vastitas Jerusalem, Samariae. Babylonis exprimunt excidium universi futurum ante iudicium universale, quæ sunt præludium & figura vastitatis inducendæ ante universale iudicium. Stemmata aut idola aliquibus gentibus propria sumuntur pro ipsis gentibus,

sicuti modò Germanos per aquilam , quam in stemmate gerunt . & Hispanos per leonem denominamus ; & ita ira columbæ , gladius columbæ , arma Chaldeorum significant ; quia quasi pro stemmate deferebant columbam argenteam , semiradidem repræsentantem .

Synecdoche est figura , in qua pars sumitur pro toto , vel totum pro parte , v. g. Caput pro toto homine , aliqui populi pro toto mundo , numerus rotundus pro numero maiore , vel minore .

Exempla Synecdoches . *Imposuisti homines super capita nostra* , id est super nos . Psal . 55. v 12. *Congeres carbones super caput ejus* , id est super eum . Ad Rom . 12. v. 20. *Lætitia sempiterna super capita eorum* , id est super eos . *Et verbum caro factum est* , id est Filius Dei homo factus . *Omnis caro fænum* , id est , omnis homo est fænum . Per Philistinos , Arabes , Ægyptios &c. vincendos à Christe totum mundum ad eum convertendum debemus intelligere , inquit Hieronymus , Iſai . 60. v. 9. Septuaginta interpres dicuntur transstilisse scripturam ex Hebræo in Græcum , quamvis essent septuaginta duo . Septuaginta Filii Jeroboam dicuntur ab Abimelec interfici , quamvis deesset unus , scilicet Joathan qui evasit . Sic Christus dicitur stetisse in medio undecim discipulorum , quamvis Thomas non esset cum eis . Sic etiam Christus dicitur manuisse in monumento per tres dies , quamvis non remanserit , nisi die veneris desinente , die Sabbathi completo , & die Paschæ incipiente .

Metaphora est figura , in qua nomen alicui

proprium transfertur ad aliam rem analogicè
convenientem , faciendo aliquam comparatio-
nem , ut cum dicitur , quòd Rex est caput
regni , ista sit implicitè comparatio . quòd si-
cūt caput propriè dictum in animali , v. g.
in homine , eminet cæteris membris , influit
in cætera membra . & totum dirigit hominem ,
ita Rex eminet subditis , influit in subditos ,
& dirigit subditos. Sed cavendum quòd me-
taphora sumi debet secundùm ea , in quibus
sit comparatio , & non secundùm alia , v. g.
Christus metaphoricè dicitur leo , scilicet
quoad fortitudinem juxta illud , *vicit leo de
tribu Iuda.* Non sequitur quòd Christus sit fe-
rox . & crudelis , sicuti leo ; vincit enim ,
non ut viatos perdat , sed ut eos salvet , non
ut eos devoret , sed ut eis vitam æternam
conferat. Totuplex potest esse metaphora ,
quotuplex fieri potest comparatio rei magis
notæ cum alia , quæ nobis sit magis incog-
nita : cum autem nulla res sit , quæ cum alia
in aliquo non conveniat , vix rem aliquam
reperies , à qua metaphora educi non possit ;
frequentiores tamen metaphoræ sunt , cum res
spirituales nobis incognitas exprimimus per res
materiales à nobis magis cognitas ; aut cum res
divinas nobis omnino occultas , per res creatas
nobis ubique obvias explicamus : aut demùm
cum per res nobis magis familiares in cogni-
tionem aliarum rerum occultarum devenimus.
Scriptura autem , ut pote propter homines
etiam rudiores tradita , res spirituales tum di-
vinas , tum creatas per res materiales nobis
proponit , ut ex eis , quæ cognoscimus , ad
ea , quæ non cognoscimus , assurgamus.

§. I.

Quibus modis explicit scripture Deum, ejusque attributa.

Scriptura divinitatem explicat quadruplici via, scilicet viâ causalitatis, viâ excessus, viâ positionis, & negationis, ut dicunt, voces quidem barbaræ, sed concisæ.

Deus exprimitur in scripturis viâ causalitatis, cum exhibetur tanquam autor creaturarum, Deoque attribuuntur perfectiones quas in Creaturis relucere advertimus *invisia* bilia enim ipsius per ea, quæ facta sunt, à creatura mundi intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus ejus, & divinitas. Ad Rom. 1. v. 20. Sic Deus dicitur creator, conservator, motor omnium; is enim est, in quo vivimus, moveremur, & sumus. Act. 17. v. 28. Deus exprimitur in scripturis viâ excessus, cum rebus quibuscumque creatis longè sublimior depingitur. *Elevata* est, inquit David, magnificentia tua super cœlos... Deus habitat lucem inaccessibilem, inquit Paulus. Deus exprimitur in scriptura viâ positionis, cum ei affinguntur omnes perfectiones, quæ vel in mentem nostram veniunt, vel in rebus creatis conspiciuntur. Magnus Dominus, inquit David, & laudabilis nimis, & magnitudinis ejus non est finis; & Moïsi dicitur, ostendam tibi omne bonum. Exod. 33.

Deus exprimitur in scriptura viâ negationis, cum à Deo removetur quidquid aliquam imperfectionem saperet; de Deo enim magis sci-

mus, quid non sit, quam quid sit. Sic scriptura constantem Dei permanentiam nominibus negativis exprimit. *Ego Deus, & non mutor.* Malac. 3. *Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis, obumbratio.* Jacob 1.

§. II.

Quibus modis scriptura explicet perfectiones divinas per res materiales.

Cum homines vulgo ducantur sensibus, res spirituales non nisi per sensibiles exprimunt: proinde scripturæ sacrae, ut pote hominibus traditæ, divinas perfectiones per res sensibiles exprimunt: idèque debemus primum inspicere, quid propriè significet res materialis, & servata analogia, similem perfectionem Deo possumus adscribere. Sic quantitas mathematica Deo adscripta metaphorice exprimit quantitatem virtutis spiritualis, quæ propriè reperitur in Deo. v. g. *Profunditas* designat virtutem, quam habet Deus cognoscendi omnia, vel incomprehensibilitatem ejus. Altitudo designat excellentiam virtutis divinæ super omnia, vel ejus, ut dicunt, inassequibilitatem. Longitudo denotat vel durationem Dei æternam, vel extensionem virtutis suæ omnia penetrantis. Latitudo denotat vel affectum dilectionis Dei omnem, amorem superantem, vel extensionem divinæ protectionis omnia continentis.

Sic membra corporea Deo afficta eam significant perfectionem spiritualem in Deo, quæ per materialem membrorum situm, & confi-

gurationem analogicè adumbratur in homine. sic *caput* significat autoritatem , & vim regendi ; quippe caput dirigit nos ; ideo istud Pauli ; *caput verò Christi* , Deus. 1a. Ad Corin. cap. II. v. 3. significat , quod Deus dirigit Christum. Sic *capilli* denotant ornatum Dei, quia caput humanum capillis ornatur. Unde *capilli capitis ejus quasi Lana munda* , Daniël 7. v. 9. denotant Spiritus Deo assistentes , Angelos scilicet , purissimas esse substantias. Sic *oculi* , *palpebrae* , *nares* , *facies* , *os* , *lingua* , *brachia* , *manus* , *digiti* , *cor* , *pedes* , *vestigia* , diversa significant juxta diversam actionem, quæ ipsis affingitur ; quæ singula infra explicabimus.

Sic anima una cum suis affectibus , dum Deo adscribitur , ea significat sine ulla imperfectione , quæ nobis convenient ratione animæ , & quæ in nobis ab hujusmodi affectibus solent emanare. Sic anima idem est ac voluntas , juxta illud : *impius non placebit anime meæ* , id est voluntati meæ ad Hebræ. 10. Videre idem est ac approbare , juxta illud : *vidit Deus cuncta* , *que fecerat* , id est approbat Gen 1. v 31. Nescire idem est ac reprobare , juxta illud. Math 25 v. 12. Nescio vos id est , respuo , reprobo. Pœnitere idem est ac effectum jam productum immutare. Sic si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo , agam & ego pœnitentiam super malum. Jerem. 18. v. g. id est immutabo punitionem , si ipsa immutet peccatum. Sic non pœnitere denotat immobile Dei consilium , juxta illud. *Juravit Dominus* , & non pœnilebit eum. Psal. 109. v. 5. id est consilium Dei immobile permanebit.

DE SCRIPTURA SACRA. 37
nebit. Sic irasci idem est ac punire, juxta
illud. *Dimitte me, ut irascatur furor meus.*
Exod. 32. v. 10. id est sine, ut puniam.

S. III.

Quibus modis explicat scriptura Christum eiusque proprietates.

Perfectiones spirituales Christo convenientes solet scriptura exprimere rebus sensibili bus; ideoque vocatur sol, germe, fons, mons ostium, via, agnus, leo, caput, &c. Vocatur sol; quia spiritualiter illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ideo dicitur apud Isaï. 60. v. 20. *Non occidet ultra sol tuus.* Vocatur germen; quia vitis est & palmes, cui innescuntur omnes justi, juxta illud: *ego sum vitis, & vos palmites.* Joan. 15. & juxta illud Isaï. 40. *In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terrae sublimis.* Vocatur fons; quia factus est fons aquæ salientis in vitam æternam. ideo dicitur Isaï. 34. v. 2. *effundam aquas super sitieatem, & fluenter super aridam.* Dicitur mons, lapis, fundamentum; quia fundamentum nostræ salutis aliud nemo potest ponere, præter id, quod possum est, quod est Christus Jesus Ia. Ad Corin. 3. v. 11. Ideo dicitur apud Isaï. 28. v. 16. *Ecce ego mittam in fundatis sion lapidem & lapidem probatum, angularem, pretiosum in fundamento fundatum.* Dicitur ostium, clavis; quia ostium est, per quod si quis introierit, salvabitur. Joan. 10. v. 7. & quia habet clavem domus David, quæ

Tom. VIII.

D

aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo
aperit. Apocalip. 3, v. 7. Ideò dicitur Psal. 17.
hæc porta Domini, & justi intrabunt in eam.
Via est, quâ ducimur ad cœlum, juxta il-
lud: ego sum via, veritas, & vita. Joan.
14. v. 6. Ideò dictum est ab Isaï 30. v. 21.
Hæc est vita, ambulate in ea. Leo dicitur, juxta
illud: vicit leo de Tribu Juda. Ideò dicitur
Gen. 41. v. 9. Catus Leonis Judæ ad prædam
fili mi attendisti, quia scilicet messias oritu-
rus de Tribu Juda homines crepturus erat
de Dæmonis imperio. Agnus est, quia mor-
te sua peccatum à mundo debebat auferre,
juxta illud Joan. 1. v. 29. Ecce agnus Dei, ecce
qui tollit peccatum mundi. Ideò legitur apud
Isaï. 16. Emile agnum tuum dominatorem ter-
ræ. Demum caput dicitur: omnis viri caput est
Christus. 12. Ad corin. 11. v. 3. & de eo dici-
tur apud Davidem Psal. 17. constitues me in ca-
put gentium.

§. IV.

Quibus modis explicet scriptura dona spiritualia;
eorumque proprietates.

Quandò scriptura loquitur de donis spi-
ritualibus, vulgò ea exprimit per res sensibiles.
sic gratia in scripturâ modò aqua, modò se-
men Dei nuncupatur. *Aqua* quidem; quia
animam à peccatis lavat; *simum*, & ignem
concupiscentiæ extinguit: *semen* verò Dei;
quia filios Dei nos efficit. Sic fides dicitur
sperandarum substantia rerum, argumentum
non apparentium. *Substantia* quidem; quippe

sicut substantia basis est, & fundamentum omnium perfectionum, quæ sunt in re qualibet, ita fides est totius spiritualis ædificis fulsimentum. Argumentum verò non apparentium fides vocatur; quia sicut argumentis convincimur, ita per fidem intellectus noster certus efficitur. Spes anchora salutis nostra dicitur; quia sicuti navis agitata ventis, & fluctibus concussa, immunis est ab omni naufragii periculo, si eam anchora in portu teneat alligatam; ita & anima nostra ab omni naufragandi periculo erit prorsus libera, si anchoram spei in Deo posuerit. Sic charitas vocatur *lux, ignis: lux quidem;* quia illuminat. *Ignis* verò, quia ad exercitium virtutis inflamat.

§. V.

De variis gestibus & actionibus corporeis, quibus scriptura utitur ad exprimendum res tum spirituales, tum corporeas.

Hebræi mentem suam non modò verbis, sed etiam situ, & gestu corporis significant; & varia, multiplicique actione exteriùs proferunt: quod non parùm conducit ad scripturæ intelligentiam. Situs autem, & gestus corporis multiplex est; alius simplex, aliis est compositus. Simplex v. g. jacere stare simplicem habent significationem; stare signum est fortitudinis; jacere signum est mœritatis. Situs compositus compositam habet significationem. v. g. Stare aut sedere judicantis exprimit offi-

40 MORALIS CHRISTIANA.

cium. Jacere in cinere mortentis exprimit luctum.

Rursus situs alius est naturalis , alius voluntarius.

Situs naturalis idem est apud omnes ; & affectum vi naturæ elicitum præmit exterius. Sic oculi sublimes apud omnes Superbiam denotant , remissi vero modestiam significant.

Situs voluntarius diversus est pro arbitrio & affectum mentis ex electione elicitum significat. Sic usus unguentorum hilaritatem praetendit ; usus vero cinerum luctum significat.

Situs ex electione elictus alius est ex perenni consuetudine observatus , alius vero ex aliquo casu obiter assumptus. Gestus , habitus , & situs ex consuetudine proveniens diversus est juxta diversas nationes. Sic apud Hebreos sedere magistrorum docentium erat , stare vero ad pedes discipulorum discendentium erat officii. Gestus vero obiter assumptus ad eum solum pertinebat , qui gestum illum elegerat. v. g. talis fuit gestus Eliæ caput suum inter genua conjicientis

Actiones aliae sunt solitæ , aliae insolitæ. Solitæ actiones eæ sunt , quæ ut plurimum solent fieri : sic arridere amicitiam denotat , naso adunco ludere irrisiōnem significat.

Insolitæ actiones eæ sunt , quæ non nisi raro solent fieri , v. g. pulverem ex pedibus excutere , arma , hastas , sagittas in urbem conjicere.

Actiones insolitæ juxta intentionem elicentis significant. Sic v. g. Moyses velatus accessit coram Judæis , quod iudicaret eis ali-

quando scripturas velatum iri. Sic Ezechiel vasa captivi emptione sibi comparavit, ut indicaret Israëliticam transmigrationem. Sic Jesus puer ostendo simplicitatem puerorum præcepit. Sic Angelus molarem lapidem in mare projiciens habitatores Babylonis similis impetu in infernum projiciendos prænuntiavit. His prænotatis.

§. V. I.

Referuntur varia exempla, quibus scriptura situm, gesum, aut habitum variarum rerum significat.

Caput vel decalvatum, vel opertum cincere, vel velatum, vel demissum in terram dolorem & luctum significat; sic Jeremias 48. v. 37. captivitatem describit, *omne enim, inquit, caput calvum;* & *omnis barba rasa erit:* in cunctis manibus *colligatio,* & *super omne dorsum Cilicum.* Sic ubi Aman damnatus fuit morte, velatum est caput ejus. Sic Mardochaeus lugens eam, quam timebat, gentis suæ internacionem, velavit caput suum. sic amici Job lugentes miserum ejus statuti operiunt caput cinere. Sic virgines lugentes casum Jerusalem abjecerunt, inquit Jeremias, *in terram caput suum.* Thes. 2. v. 10.

Caput ornatum capillis, coronarum tosis, unctum oleo, modeste erectum lætitiam significat. Sic Isaïas 61. v. 3. lætitiam significat his verbis: *& darem eis coronam pro cinere, & oleum gaudii pro luctu.*

Manus posita super caput animi perturbavit
D iiiij

42 MORALIS CHRISTIANA:
tionem produnt, ut patet exemplo Thamar
violata à fratre suo, quæ manibus super ca-
put positis dolorem suum exprimebat. Sic de-
solationem Judæorum describit Jeremias. 2.
v. 37. manus tuæ erunt super caput tuum . . .
Et nihil habebis prosperum in ea.

Frons dura obstinationem significat. Frons
modesta è contra docilitatem protendit. *Is-
raël*, inquit Ezechiel 3. v. 7. *attrita fronte
est, & duro corde.*

Cervix inclinata, & supposita laborem sus-
ceptum significat: *salutem*, inquit Paulus,
*Priscam, & Aquilam, qui pro anima mea cervi-
ces suas supposuerunt.* Ad Rom. 16.

Capillorum avulsio indignationem prodit:
tum audissem verbum istud, inquit Esdras,
*evelli capillos capitis mei, & barbae, & sedū
mærens.* Esdr. cap. 9. v. 3.

Aures apertæ docilitatem significant; ob-
turatae indocilitatem ostendunt. Sic docili-
tatem suam erga Deum refert Isaïas his ver-
bis: *& manè erigit mibi aurem, ut audiam,
quasi magistrum.* 50. v. 4. indocilitatem vero
populi Judaici his verbis describit idem Isaïas
33. v. 15. *qui obturat aures suas, ne audiat san-
guinem, & claudit oculos, ne videat malum.*
Oculi pro diversitate motuum diversa sig-
nificant, v. g. oculi sublimes superbiam, hu-
miles modestiam significant; oculi ad Deum
erecti attentam orationem produnt; oculi
aversi negantis gestum ostendunt; conversi
concedentis favorem significant; oculos ape-
xire explicat attentionem; claudere vero pro-
dit neglectum. hec ita clara sunt, ut exem-
plis non egeant.

Os apertum aliquando eloquentiam , & gratiarum actionem significat : *aperiam in parabolis os meum.* Psal. 77. v. 1. Os obseratum è contra silentium portendit, juxta illud : *posui ori meo custodiam.* Psal. 38. v. 2.

Osculum signum est benignæ salutationis : *osculum , inquit Christus , mibi non dedisti.*

Lingua palato inherens silentium exprimit ; linguam mordere vehementissimum dolorem exprimit. Unde apud Job 29. v. 10. Vocem suam cobibent duces. Et in Apocalypsi dannati linguam suam mordere describuntur.

Faciem convertere favorem significat : *faciem tuam illumina super seruum tuum.* Psal. 118. contra faciem avertire odium indicat , juxta illud : *quare faciem tuam avertis.* Faciem dimittere conscientiam accusantem exprimit : *cur concidit facies tua ,* inquit Deus ad Caïm Gen. 49. v. 6. Faciem tollere importat conscientiam sui facti bene conscientiam , juxta illud : *elevabis ad Deum faciem tuam.* Job 22. v. 26. Facies lota lætitiam , facies sordida mœtorem exprimit. Sic apud Math. dicitur *cum jejunas unge caput tuum , & faciem tuam lava ,* scilicet ut lætus appareas.

Vultus attonitus miseriam , hilaris è contra prosperum statum signifi cat.

Collum ornatum auro libertatem , ligatum ferro captivitatem protendit. Sic Joseph collo alligata est torquis aurea in signum libertatis.

Collum erectum arrogantiæ signum est , sic Job loquens de peccatore ait ; *reiendit adversus Deum erecto collo.* Collum submissum obedientiæ signum est.

Humerus attritus significat assiduitatem laboris Ezech. 29. v. 18. *omnis humerus*, inquit *depilatus est*; humerus è contra recedens habitus est hominis aversantis obedientiam: & dederunt, inquit Nehemias, *humerum recedentem*. 9. v. 19.

Brachium extitum fortitudinem exprimit: *redimam vos*, inquit Deus, *in brachio excelso* Exod. 6. v. 6. brachium lapsum è contra infirmitatem denotat, Manus extenta vim, robur, & protectionem ostendit aliquando juxta illud: *exurge Domine Deus, exaltetur manus tua*. Psal. 10. 12. aliquando juramentum significat. *Levabo manum meam ad gentes* Ezech. 36. v. 7. manum porrigit signum est dantis auxilium, manum è contra retrotere signum est denegantis auxilium.

Manus in sinu tenere, aut remissas habere habitus est hominis otiosi; ideò dicit Paulus, ut hortetur ad laborem: *remissas manus erigit*. ad Hæb. 12. v. 12. *manus extendere ad Deum* est orare; extendere ad opus est laborare.

Manus alteridare, aut tangendas præbere est signum societatis ineundæ: *Ægypto dedimus manus & Assiriis ut saturaremur pane* Th. 5. v. 6.

Digitus ori admotus silentium indicat, juxta illud: *raise, & pone digitum super os tuum*. Judic. 18. v. 20.

Post tergum præjicerè, est negligēre, & obliuisci, juxta illud: *projecisti post tergum peccata mea*. Iса. 38. 17. ire post tergum est obedire, juxta illud: *nolite recedere à tergo Domini*. 1. Reg. 22. v. 20. vertere tergum è contra non obedire, juxta illud *verterunt ad*

me tergum, & non faciem. Jerem. 2. 27.

Genua curvare, significat vel obedientiam, juxta illud, Rom, 11. v. 4. Non omnes curvaverunt genua ante Baal, vel infirmitatem juxta illud: genua mea infirmata sunt à iunio. Psal. 108. v. 24.

Pedes Loti hilaritatem, pedes non loti tristitiam significant. Sic Miphiboseth filius saulis ut suam proderet tristitiam, venit coram Davide illo tis pedibus: Reg. 19. v. 24. pes constans firmum propositum ostendit. Pes inconstans vagam mentem significant: juxta illud: *pes meus stetit in directo.* Psal. 25. 12. Et rursus: *mei autem pene moti sunt pedes.* Psal. 72. v. 2. pedum festinatio velocitatem ad malum vulgo exprimit juxta illud: *veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.* Psal. 13. v. 3.

Jacere in terra præsettim super dextrum latus mœtorem, imbecillitatem, & subjectionem exhibet: *dormiemus in confusione nostra,* inquit Jerem. 3. v. 25. inclinari ministerium servitutis prodit. Sic Joannes, ut suam subjectionem erga Christum clarius patefaciat, dicit se non esse dignum, *qui inclinatus solvit corrugiam calceamentorum.*

Stare in templo habitus est Sacerdotum orantium; ideo ait Isa 49. *consurgent principes, & adorabunt.* Stare aliquando significat habitum concionantis; sic Petrus verba facturus stare describitur act. 1. Stare aliquando situm vigilantis denotat: *super custodiam meam stabo.* Abac. 2. v. 1. Sedere juxta diversum locum diversa significant. Sedere in excelso securitatem significant, juxta il-

Iud Isaï 33. v. 16. *iste in excelsis sedebit, munimenta saxorum sublimitas ejus.* Sedere in terra moerorem exprimit, juxta illud: *desolata in terra jacebit.* Isa. 3. v. 26. Sedere in cinere pœnitentiam prodit: *Sedit in cinere Joan.* 3. v. 6. Sedere in horto, in vinea pacem significat, juxta illud Mich 4. v. 4. & sedebit *vir subtilis vineam suam.* Sedere in cathedra habitum docentis exprimit, juxta illud Math. 26. 55. *super cathedram Moysis sederunt scribae & Pharisei.*

Equo sedere dignitatem quandam exprimit: sic Joseph & Mardochæus equo impositi per urbem honoris causâ ducti sunt. Econtra ex equo descendere signum est observantiae: sic Rebecca conspecto Isaac descendit de Camelo.

Motus variii varia significant. Sic ambulare, studium & sollicitudinem significant juxta illud: *si in viis meis ambulaveritis Zach.* 3. v. 7. claudicare idem sonat ac deviare, juxta illud *usquequo claudicatis in duas vias.* Currere studium & diligentiam portendit; sic suam diligentiam exprimit David: *viam mandatorum tuorum cucurri;* cum dilatasti cor meum. Psal 118. Labi fere semper periculum arguit, juxta illud *ego retribuam eis in tempore,* ut labatur pes eorum, Dent. 52. v. 35.

Dormire, aliquando securitatem significant, aliquando negligentiam; *ego dormiri & soporatus sum,* quia Dominus suscepit me. Psal. 3. v. 6. securitatem exprimit. Dum vero dicitur: *ne inveniat vos dormientes* Mar. 13. v. 33, negligentiam arguit. Et sicut dormire negligentiam prodit, ita vigilare diligentiam

Multa sunt alia , quæ ex ipso usu dignoscuntur , v. g. Vox afflictæ mortis , vox alta lætitiam , vox conjuncta tubæ signum est aut lætantis , aut hortantis ad pugnam , vox sibilantis actus est hominis irridentis. Sic sudare laborem exprimit , fatigari anxietatem , esurire & sitiare desiderium aliquod significant.

§. VII.

*Quid præstandum sit morali Theologo , ut affe-
quatur sensum litteralem scripturæ.*

Qui verum & genuinum scripturæ sensum penetrare voluerit , comparet sibi Biblia legat attente corum præfationes , & prologos. In his statim videbit , quid sit scriptura , quot ejus partes , quis ordo librorum , tum veteris , tum novi Testamenti. Istud unum præmoneo ; diutiū immoretur in legendō textu , quam in legendis commentariis : tempus enim , quod in legendis longioribus commentariis insumitur , utilius in legendō solo textu occupatur ; immōsquis pluriē universa Biblia legit , experimento competet faciliorem in dies ei scripturam evadere , & unum librum esse quasi alterius commentarium , novum , v. g. Testamentum est veteris Testamenti simul & executio & explicatio : vetus vero Testamentum posterioris illius Testamenti , quod executioni mandatum cernimus , est promissio & confirmatio & expositio. Sufficit ergo ad scripturæ intelligentiam , quod in locis difficili-

bus, & phrasibus paulò obscurioribus, elegantur breves annotationes probati alicujus autoris; quales sunt, v. g. annotationes Emmanuelis Sa, Menochii, Tyrini, Duhamelis, &c. Et si quis fortè aliquem ex prædictis autoribus habere nequeat, legat librum Domini de Fleuri, cuius titulus est *les mœurs des Israélites*. Autor enim ille describendo mores Judæorum, brevem & facilem instituit ad intelligendam scripturam manudictionem. Legat notitiam scripturæ Sacrae, R.P. Milhet Sacerdotis Doctrinæ Christianæ. Item legat apparatus Theologicum R. Patris Anat ejusd. Congr. præpositū Generalem, apud quem libro de Scriptura Sacra reperiet, quidquid scitu necessarium est, ad subsequendum verum & genuinum bibliorum sensum, methodumque brevem & facilem ad intelligendam Scripturam Sacram. Quod si quis adhuc prædictos libros non habeat, saltem quæ h̄c subjicio exactè & scrupulosè exequatur. Comparet sibi Dictionarium Latinum, v. g. Calepinum, vocis cujuscumque sibi incognitæ significationem inquirat, phrasim quamlibet, aut difficilem, aut obscuriorem construat; & sic clarum ei videbitur, quod prima fronte ei obscurum apparebat.

Observet demum istas sequentes regulas. Primo, quandocumque verba scripturæ sine aliquo incommodo possunt propriè, ut sonant & jacent, accipi, ita accipienda sunt; neque ad metaphoras, aut alios tropos, aut sensus improprios inflectenda. nisi quando ex iisdem, propriè acceptis, absurdus aliquis sensus. vel contra fidem, vel contra mores elicetur.

tur. Ita Aug. lib. 5. de doct. Christi. cap. 29. & lib. 3. de Catechizandis rudibus. Secundò si locus aliquis scripturæ subinde obscurior occurrat, & alibi per verba clariora proponatur, quod patet ex locis ad marginem citatis ad hæc loca recurrentum est, ut unus tex-tus explicetur per alium. Tertiò attendi debet, quæ fuerit mens scriptoris Canonici, quippe ex scopo & intentione scribentis sæ-pe colligitur mens & sensus scripturæ, v. g. inspiciendum est, quotsum, quibus, contra quos, vel ex cuius persona scripsérit auctor Canonicus. Quartò oportet conferre antece-dentia & consequentia cum loco, cuius sensus est obscurus, ut eā collatione tota si fieri potest obscuritas clucidetur. Quintò scire oportet varios idiotismos Græcos & Hebraicos, qui sæpius in vulgata occurunt, quos nos in hac nostra ad Scripturam Sacram in-troductione explicuimus, aut saltem indicavimus.

Sextò oportet apparentes scripturæ con-tradictiones solvere, non disputando, sed verum scripturæ sensum inquirendo, non ad nuda verba attendendo, sed veram scriptoris Canonici intentionem penetrando. Id autem facile afficeris, si isthæc attendas. Eamdem idæam diversa phrasis exprimere non est con-tradiccio, sed diversa expressio; quo circa Mat-thæus, & Lucas loquentes de Joanne Baptista non sibi contradicunt; licet Mat-thæus dicat, *cujus non sum dignus Calceamenta portare.* 3. v. 11. Lucas vero dicat, *cujus non sum dignus solvere corrigiam Calceamentorum ejus.* 3. v. 16 Sed uterque Evangelista diversimode

Joannis humilitatem exprimunt. Item eamdem personam aut locum diversis nominibus exprimere non est *contradiccio*, sed *bynominaio*. Sic uxor Abraham vocatur Sarai. Gen. 16. v. 1. Sara 17. v. 15. Jescha. II. v. 29. Sic uxor Esau vocatur *Judith filia Beeri Hethbei*. Gen. 26. v. 34 & vocatur *Ada filia Elon Hethbei*. Gen. 36. v. 2. Altera uxor Esau. Gen. 26. v. 34. dicitur *Basemath filia Elon*. Gen. 36. v. 2. vocatur *oolibama filia Ane*. Sic *Esther* dicitur etiam *Edissa* Esth. 2. v. 7. Sic *Abimelech*, dicitur *Achimelech* *Jethro* vocatur etiam *Raguel*. *Mathenus* dicitur etiam *Levi*. *Paulus* dicitur etiam *Saulus*.

Item eamdem historiam modo concisè, modò diffusè enarrare non est *contradiccio*, sed *enarratio*, vel concisior, vel prolixior: quoctea *Mathæus*, & *Marcus* non sibi contradicunt, licet uterque historiam mulieris, quæ sanguinis fluxum patiebetur enarrant diverso aliquatenus modo narrandi. *Mathæus* factum illud enuntiat quidem concise cap. 9. *Marcus* verò illud paulò fushùs extendit cap. 5. Demum usurpatio ejusdem nominis secundum diversum sensum, aut ejusdem rei secundum diversam proprietatem, non est *contradiccio*; sed *varia significatio*. Sic Christus Joannem Eliam vocat: scilicet virtute, zelo, spiritu. Joannes verò negat se esse Eliam re & persona. Ubi non est *contradiccio*, sed diversa ejusdem nominis usurpatio. Sic Christus ait: nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in Regum cælorum. Et Paulus ait Ia. ad Corint. cap. 14 v. 20. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia parvuli estote.

DE SCRIPTURA SACRA. 51
nulla est ibi contradic^tio , sed ejusdem rei
secundum diversas proprietates assumptio.
Christus vult nos esse infantium instar absque
malitia. Paulus vetat nos esse instar infantium
absque scientia. Christus vult nos esse humi-
les sicuti infantes ; Paulus vetat nos puerilia
consectari , qualia erant loqui linguis sine ul-
lo fructu.

Septimò demum verus & genuinus scriptu-
ræ sensus erui debet ex traditione , ex inter-
pretatione Ecclesiæ , ex decretis Conciliorum,
ex consensu Patrum , & horum , vel multo-
rum , vel paucorum sanctitate & eruditione
perillustrium , ex unanimi consensu Docto-
rum & interpretum , ut ipsem fatetur VVal-
tonus in suis Prologomenis ad Scripturam Sa-
cram. Hujus autoritas non est spernenda,
cum sit de secta illorum, qui & traditioiem re-
jiciunt , & Ecclesiæ autoritatem spernunt.
Vetus ergo autor ille veritatis viribus , ne-
cessum patrat ad traditionem Ecclesiæ esse
recurrentum , ut verus habeatur scripturæ
sensus.

Quod si cum prædictis adminiculis sint ali-
qui textus scripturæ , qui adhuc lateant :
qualis est , v. g. locus iste psalmi 67. Si dor-
niatis inter medios Cleros , pennæ columbae de-
argentatae , posteriora dorsi ejus in pallore auri.
Et alii multi , quos extra rem esset percur-
tere. Non diu immoretur moralis Theolo-
gus in penetrando loci obscurioris sensu ; sciat
multa esse in scripturis , quæ adoranda sunt,
non penetranda.

CAPUT SECUNDUM.

ARTICULUS UNICUS:

Quando utendum sit scripturâ in resolvendis casibns Conscientiae.

PROPOSITIO unica. Quando utimur Scripturâ Sacrâ ad resolvendos casus conscientiae , debemus eos solum textus adhibere , quibus Deus manifestare voluit , vel ea quæ vetat , vel ea quæ imperat ; ceu Scriptura Sacra eatenus est propria regula resolvendorum casuum , quatenus exhibet nobis , quid Deus vetet , vel quid jubeat.

Probatur 1^a. Scriptura. Non facietis singuli , quod fibi rectum videtur . . . quod præcipio tibi , hoc tamen facito Domino : nec addas quidquam , nec minnas. Deut. 12. Idem enim est , ac si diceretur : sume scripturam quasi regulam agendorum , quoties tibi annuntiabit ea , quæ aut agenda jubeo , aut facienda interdicto. Et Paulus 2. Ad Timoth. 3. ait : omnis Scriptura divinitus inspirata , utilis est ad docendum , ad arguendum , ad corrigendum , ad erudiendum in justitia : ut perfectus sit homo Dei , ad omne opus bonum instrutus : ergo scriptura est regula resolvendorum casuum , quatenus docet , arguit , corrigit , erudit circa ea , quæ sunt justa vel injusta , seu quatenus præscribit , quæ sunt vel agenda , vel fugienda.

2º. Ex Greg. 13. Litteris Apostolicis ad Regem Catholicum datis, quæ Bibliois Regiis præfixæ sunt, ubi inter alia hæc habentur. Scripturarum Beneficium permagnum esse: nam quod ad Theologiam attinet, quæ est summa Philosophia, his libris omnia nostræ Religionis & divinitatis mysteria explicantur; quod vero ad partem attinet, quæ MORALIS nominatur, hinc quoque omnia ad omnes virtutes præcepta colliguntur; quibus quidem duabus partibus omnis nostræ salutis & felicitatis ratio continetur, ut nihil esse possit horum librorum lectione dignius, nihil fructuosius, nihil omnì hominum generi accommodatius, nihil majori Doctrinæ & sapientiæ referius: ergo sicut Pontifex vult scripturam regulam esse fidei, quatenus proponit, quæ sunt credenda; ita est regula morum, quatenus præscribit, quæ sunt agenda.

3º. Ratione. Voluntas Dei est, & causa rerum & regula nostrorum operationum: quatenus est causa rerum, est adoranda; nihil enim facit aut permittit, nisi cum maxima sapientia, juxta illud scripturæ *Omnia in sapientia fecisti.* Quatenus vero est regula nostrorum operationum, est observanda, eiique obtemperandum juxta illud Davidis: *Lex Domini immaculata convertens animas.* Et rursus: *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.* Ergo scriptura non est regula resolvendorum casuum, quatenus exhibet voluntatem Dei ut causam; sed solum quatenus enuntiat voluntatem Dei ut regulam, seu quatenus proponit, quæ Deus vetat, aut præcipit. Eò forte alludit Augustinus dicit: *de illa civitate, unde peregrinamur, litteræ nobis venerunt;* ipsæ sunt scripturæ,

Consecratio hujus Doctrinae.

CONSECTARIUM I. Historiæ , in quibus Scriptura Sacra exhibet viros justos præstistis aliquid , quod vel sit malum , vel quod speciem mali habeat ; illæ , inquam , historiæ non sunt afferendæ tamquam regulæ pro resolvendis casibus conscientiæ . Non enim , ut ait Aug. contra mendacium cap. 8. in fine , omnia , quæ à sanctis , vel justis viris legimus facta , transferre debemus in mores : quippe sunt quædam facta historicæ , quæ proponuntur , non ut imitanda , sed magis ut miranda , quæ manifestant nobis eam Dei voluntatem , quæ est causa retum , non eam vero voluntatem , quæ est nobis agendi regula .

Sic licet Noë posteris Cham maledixerit his verbis : *maledictus Canaan* , ut eā pœnâ plecteret filium , qui ei illuserat , dum indecorè nudatus , & sepultus vino dormiret ; non tamen sequitur licitum esse patribus ob quamcumque acceptam injuriam filiis suis maledicere ; tum quia hec verba ; *maledictus Canaan* , verba sunt non optantis , sed Prophetantis ; tum quia scripta sunt , ut scirent posteri , quid à Noë factum sit , minimè vero , quid ab illis sit faciendum .

Sic licet laudetur Abraham in scriptura , quod filium unigenitum Isaac Deo immolare voluerit ; nulli tamen licet parenti ex quo cumque zelo filios suos occidere , & eorum morte sacrificium Deo offerre ; quia Abraham speciali jussu Dei id tentavit , quo præ-

cepto sit licitum , quod apparebat illicitum : ut enim dicit. D. Thom. Deus est autoritatem & mortis , potens poenam mortis justis & injustis infligere in poenam peccati primi parentis ; cuius sententia si homo sit executor autoritate divinâ , non erit homicida , sicut nec Deus . 1a. 2x. q. 100. a. 8. in corp. tum quia factum illud Abrahami est de genere illorum , quæ sunt admiranda , non imitanda.

Sic eti , ut quidam volunt , Abraham mentitus fuerit , dicens , quod Sarai soror ejus esset ; eti pariter Jacob juxta aliquos mentitus fuerit , dicens patris Isaac : *Ego sum primogenitus tuus Esau* ; eti etiam juxta non paucos Judith mentita fuerit , dicens Holofernem : *Ego adducam te per medium Jerusalem* ; Et si denique dato quod Angelus Raphaël mentitus fuerit dicens : *Ego sum Azarias Annanias magni filius* , &c Non licet tamen mentiri , nec ex illis historiis concludere licitum esse aliquando mendacium ; tum quia ex Aug. lib. de mendacio , hæc facta non erant mendacia , sed mysteria : quod si mendacia fuerint , non imitanda sunt , sed fugienda ; nec scriptura eas historias commemorat in exemplum , quod imitemur , sed in argumentum sinceritatis sacræ historiæ , cujus tanta est fidelitas , ut nec sanctorum virorum vitia tacuerit.

Sic licet Hebreus populus , vel jussu , vel permisso Dei Ægyptum expoliaverit , usuras ab extraneis acceperit , matrimonia dato libello repudii dissolverit , Samson se ipsum interficeret , non sequitur licitum esse compensatione uti autoritatè propriâ , usuras exi-

56 MORALIS CHRISTIANA.

gente, matrimonia dissolvere, sibi ipsi mortem procurare; tum quia non debemus in nobis præsumere specialem Spiritus Sancti instinctum, quo ducebatur Samson, nec habemus specialem Dei iussum, vel permisum, qualem habebant Judæi Ægyptum spoliante, usuras ab extraneis exigentes, & matrimonia dissolventes: præceptum enim Dei novam & superiorē statuit legem, quæ excusat ea facta, quæ lex inferior accusat, tum quia scriptura ibi commemorat actiones aliquas, quas Deus noluit nobis esse incognitas, sed quas imitari prohibuit, ut patet ex decalogi præceptis.

C O N S E C T A R I U M II. Præcepta ceremonialia in veteri testamento expressa quibus cultus erga Deum in lege Mosaica dirigebatur, nunc non obligant quantum ad ritus exteriores, quibus declarabatur Christus venturus, sed obligant solum quantum ad intentionem interiorem, quæ in eo sita est, ut adoremus Deum per Christum: juxta enim diversum statum in quo sunt homines, diversus est cultus exterior erga Deum. In Cœlo, ubi Deus clare videbitur, & Christus possidebitur, cultus exterior consistet in laude attestante claram Dei & Christi præsentiam. *In statu beatorum*, inquit D. Thom. 12. 22: q. 103. a. 3. in c. *Nihil erit figurale ad divinum cultum pertinens, sed solum gratiarum actio, & vox laudis: & ideo dicitur de civitate beatorum, templum non vidi in ea; Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, & agnus.* Apocalip. 21. In lege Mosaica, ubi Christus sperabatur venturus, cultus ex-

terior consistebat in ceremoniis Christum venturum protestantibus, quæ vocantur ab Apostolo ad Coloss. 2. v. 17. *umbræ futurorum*, id est figuræ Christi venturi, quæ tandem debuerunt durare, quandiu Christus expectabatur venturus. In lege Evangelica, ubi Christus creditur venisse, cultus exterior debet consistere in ceremoniis, quibus Christum jam advenisse contestemur, minimè in ritibus, quibus venturum Christum declarabant: quia veniente veritate cessat figura, & concesso novo Testamento antiquatur & veterascit vetus, ut dicit Paul. ad Hebr. 8.

C O N S E C T A R I U M III. Præcepta judicialia, quæ leguntur in veteti Testamento, quibus dirigebantur Judæi erga alios homines, non obligant modò, quantum ad particulares determinationes in scriptura expressas; quia determinationes debent esse diversæ juxta diversas nationes, apud quas vivimus, sed præcepta judicialia obligant modò, quantum ad regulas æquitatis, quas ratio inspirat, & quas in scriptura videmus expressas in præceptis judicialibus: hæc enim æquitas æqualiter debet apud omnes vigere, & apud omnes æqualiter custodiri.

Sic non est necesse, quod apud nos instituantur Reges, dividantur possessiones, tractentur domestici & extranei, ut Judæis scriptura præscribebat in præceptis judicialibus; quia status ille Judæorum non viget amplius apud Christianos, sed servanda sunt erga illas omnes personas ea æquitatis officia, quæ justitia præscribit, & quæ scriptura in illis præceptis judicialibus indicat: v. g. ubique gen-

tium observanda est subjectio erga Rempublicam, & politicos principes, pietas erga parentes, cura erga Domesticos, æquitas erga omnes.

CONSECTARIUM IV. Præcepta moralia, v. g. Decalogi, in veteri Testamento expressa, non sunt sumenda in ea restrictione, quâ videntur in Exodo exprimi, nec juxta falsam scribarum interpretationem, aut popularem Hebræorum traditionem; sed sumenda sunt juxta eam additionem, quam vel Moïses, vel alii scriptores Canonici apposuerunt, maxime vero juxta eam interpretationem, quam Christus in Evangelio adhibuit. Moïses enim & Prophetæ uberioris explicant id, quod Decalogus strictim & concise proponit; Christus vero venit, ut genuinum scripturarum sensum aperiret.

Sic primum præceptum: *non habebis Deos alienos coram me*, non debet ad solam idolatriæ prohibitionem coarctari, nec juxta Hebræorum sensum sumi, qui solas exterioreceremonias idololatrici cultus prohibebant; sed sumi debet juxta additionem Moïsis, qui *omnia, quæ ad idolorum cultum ordinantur, prohibuit*, ut habetur Deut. 18. *nec inveniatur, inquit, in te, qui lustret filium suum, aut filiam, dicens per ignem, nec fit maleficus, nec incantator, nec qui Pythones consulat, nec divinos, aut querat a mortuis veritatem.* Maxime vero sumi debet primum præceptum juxta Christi interpretationem, quâ non modo cultus exterior præcipitur, sed cultus interior præcipue exigitur, ut habetur Joannis 4. *venit, inquit, hora, & nunc est, quando veri*

adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate : nam & pater tales querit, qui adorent eum. Spiritus est Deus; & eos, qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.

Sic secundum præceptum : non assumes nomen Domini Dei iui in vanum, non debet ad solum perjurium restringi, nec sumi juxta Judæorum Glossam, qui juramentum quodcumque permittebant, imò appetendum esse tamquam bonum contendebant; sed oportet, ut præceptum illud intelligatur juxta additionem Moysis, quâ omnis blasphemia cœu omne verbum injuriosum contra Deum prohibetur, & omnis falsa contra Deum Doctrina interdicitur, & fides falsis Prophetis abnegatur, Deut. 13. Sed maximè sumi debet secundum præceptum juxta interpretationem Christi, qui perjurium in omni casu declarat illicium, docetque juramentum non esse appetendum tamquam bonum, sed melius esse absque juramento loqui, nisi ad juramentum necessitas cogat: *audistis, inquir,* Math. 5. *Quia dictum est antiquis, non perjurabis, reddes autem Domino juramenta tua. Ego autem dico vobis non jurare omnino, id est, nisi necessitas coegerit.*

Sic tertium præceptum : *memento ut diem Sabbati Sanctifices*, non deber coarctari ad solam operum servilium cessationem, nec sumi juxta stultam Judæorum Glossam, quâ si bi charitatis officia erga proximum interdicebant; ut patet ex Joan. cap. 7. *mibi indignasti*, inquit Christus ad Judæos, *quia totum hominem salvum feci in Sabbato.* Sed sumi debet juxta additionem Moysis per-

mittentis in Sabbato exercitium bonorum operum: Non videbis, inquit Deut. 22. Bovem fratris tui, aut ovem errantem, & præteribis; sed reduces fratri tuo.

Maximè vero intelligendum est illud præceptum juxta Christi interpretationem, Apostolorum Doctrinam, & Ecclesiæ usum, quibus sit, ut non Sabbatho, nec neomenias, ut Jud. xi, celebremus, sed dies festos, vel à Christo, vel ab Apostolis, vel ab Ecclesia institutos solemnes habeamus, & Deum his diebus non per solam cessationem à servilibus, sed maximè per virtutis exercitium colamus, Deo Sacrificemus, non per esum Agni Paschalis, non per taurorum, aliorumve animalium cruentam occisionem; sed per in-cruentam Christi immolationem, & Sacramentalē spiritualis illius Agni sumptionem.

Sic quattuor mandatum: honora patrem tuum & Matrem tuam, non arctandum est ad solos parentes carnales, nec sumendum juxta crudelē scribatum expositionem, quā debitum parentibus subsidium, modò templo offerretur, in sui commodum transferebant, ut habetur Math. 15. v. 5. Sed præceptum istud sumatur oportet juxta Moïsis additionem, qui non modo parentibus carnalibus reverentiam præcepit exhiberi, sed etiam omnibus majoribus, ut habetur Levit. 19. Coram cano capite consurge & honora personam senis. Sed maximè præceptum istud accipi debet juxta Christi sensum, qui vult parentibus obedientiam impendi, dum ea imperant, quæ non nos à salute removent, denegari vero, dum ea præcipere attinent, quæ nos à Christo disjuugunt:

disjungunt : non veni , inquit , pacem mittere , sed gladium : veni enim separare hominem adversus patrem suum , & filiam adversus matrem suam , & nurum adversus socrum suam , & inimici hominis domestici ejus . Math. 10. v. 35.

Sic quintum præceptum : non occides , non ad prohibitionem solam externi homicidii limitandum est , nec juxta Judæorum sensum accipiendum ; hi enim læsi à proximo oculum pro oculo , dentem pro dente exigebant , sed intelligendum est juxta Moysis additionem , quâ & odium prohibetur , & dirior ultiōnis etiam cotam judice exactio interdicitur ; ut habetur Levit. 19 Non stabis , inquit , contra sanguinem proximi tui . . . Ne oderis fratrem tuum in corde tuo : Maximè verò interpretandum est juxta mentem Christi ; quæ exprimitur apud Math. 5. Audistis , inquit , quia dictum est , oculum pro oculo , & dentem pro dente . Ego autem dico vobis non resistere malo : sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam , præbe illi & alteram . Et supetiùs dixerat : audistis quia dictum est antiquis , non occides ; qui autem occiderit , reus erit iudicio . Ego autem dico vobis : quia omnis , qui irascitur fratri suo , reus erit iudicio . qui autem dixerit fratri suo , rachea , reus erit concilio . Qui autem dixerit , fatue , reus erit gehennæ ignis .

Sic sextum præceptum , non Mœchaberis , non ad solum adulterium restringendum est , nec ad solos actus exteriōres , ut faciebant Iudei , sed juxta additionem Moysis ad qualcumque illegitimas carnis conjunctiones extendendum , ut habetur Deutero. 24. Non erit , inquit , meretrix de filiabus Israël , nec scortan-

tor de filiis Israël. Et iterum: *cum masculo non commisceberis*, *cum omni pecore non coibis.* Levit. 18. sed maximè istud præceptum interpretari debemus juxta illam, quam Christus nobis dedit, expositionem; *Ego autem dico vobis*; quia *omnis*, qui *viderit mulierem ad concupiscendum eam*, jam *mœchatus est eam in corde suo.*

Sic septimum præceptum: *non furtum facies*, non solam ablationem vel occultam, vel violentam rei alienæ interdicit, sed juxta additionem Moïsēs ad omnem usuram, ad omnem fraudem eliminandam extenditur. Sic enim habetur Deutero. 18. *non fæneraberis fratri tuo ad usuram*, & ad tollendam omnem fraudem, dicitur Deutero. 25. *non habebis in saculo diversa pondera.* Sed præceptum istud sumi debet maximè juxta glossam Christi, qui non modò verat usuras à fratribus exigendas, sed eas interdicit Christianis generaliter erga omnes; quia omnes homines & nobis proximi & nobis fratres in Christo sunt aut esse possunt mutuum, inquit, *date, nihil inde sperantes.* Lucæ 6. rursus non modò verat, ne sumamus vel retineamus aliena, sed insuper jobet, ut simus in ea animi præparatione, ut nostris etiam rebus, cum honor Dei & utilitas proximi exigunt, renunciemus: *qui non renunciaverit, inquit, omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Rursus qui petit à te, da ei, & volenti à te mutuari ne avertaris Et qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium 15. 5.

Sic octavum præceptum: *non loqueris con-*

*tra proximum tuum falsum testimonium, non res-
tringendum est ad falsam solum accusationem
coram judice, ut putabant Judæi; sed juxta
additionem Moysis generaliter ad omne men-
daciū, ad omne falsum contra proximum
judicium, ad detractionem, & calumniam
extenditur. Sic enim falsum judicium prohibet
Exod. 23. nec in judicio plurimorum acquiesce-
sentiae, ut à veritate devies; mendacium
verò quodcumque prohibet dicens: menda-
cium fugies. Detractionem verò & calumniam
his verbis interdictit Levitici 19. non eris crimi-
nator & susurro in populis. Sed quantum pa-
teat illud præceptum explicat Christi inter-
pretatio, dum dicit: nolite judicare, ut non
judicemini.*

Duo ultima præcepta: *Non concupisces de-
mum proximi tui, non desiderabis uxorem ejus,
ita sumenda sunt, ut concupiscentiam car-
nis, concupiscentiam oculorum & superbiam
vitæ illicitam credamus. Concupiscentiam
carnis ceu libidinem refrænat Christus, dum
jubet, ut oculos libidinosos nobis eruamus,
& manus ad libidinem promptas abscondamus,
quoties vel oculi vel manus sunt nobis occa-
sio peccandi. Quod si, inquit, oculus tuus dex-
ter scandala sit te, erue cum, & projice abs te.
Concupiscentiam divitiarum sic refrænat,
dum dicit: vix vobis divitiibus. Luc. 6. 24.
superbiam vero vitæ, ceu concupiscentiam
honorum penitus extinguit. dum ait: nisi
efficiamini ut parvuli, non intrabitis in regnum
cœlorum. Math. 183.*

CONSECTARIUM V. Scriptura ita su-
menda est, etiam ubi de moibus loquitur, ut

credamus non omnia , quæ de motibus dicuntur in scripturis , esse de præcepto , sed alia esse de præcepto , alia vero de consilio . Quæ de consilio , sunt libertatis , quæ de præcepto , suarum necessitatis , ut diximus in primo tomo , ubi de lege .

Ea autem sunt de præcepto , quæ lege aliquâ vel naturali , vel divina , vel Ecclesiastica , vel civili aut vetantur , aut jubentur ; ea vero sunt de consilio , quæ licet bona in se , nullâ ex prædictis legibus præcipiuntur .

Sic omissio actus mali lege prohibiti est de præcepto , v. g. omissione odii contra Deum , contra proximum , &c:

Sic exercitium actus virtutis lege imperatae est de præcepto , v. g. exercitium charitatis erga Deum & proximum , cum instat præceptum , &c.

Sic bonum opus , quod circa ullam legem exercemus , est de consilio , v. g. elemosina , jejunium , oratio ; cum non urget præceptum ; &c.

Juxta D. Thomam 1a. 2æ q. 108. a. 4. in corp. Ea sunt de præcepto quæ sunt necessaria ad salutem ; ea vero de consilio , sine quibus salus obtineri potest. Oportet , inquit , quod præcepta novæ legis intelligantur esse data de his , quæ sunt necessaria ad consequendum finem aeterae beatitudinis , in quem lex nova immediate introducit . Consilia vero oportet esse de illis , per quæ melius & expeditius potest homo consequi finem prædictum. Itaque juxta doctrinam Sancti Doctoris , præceptum negativum est , quod homo numquam ita adhæreat creaturis , ut in eis ultimum finem statuat ; licitum quod

eisdem creaturis moderatè utamur : consilium vero ut bonis temporalibus renuntiet , ut sic expeditius ad beatitudinem æternam tendat.

Sic in communi præceptum est , ut divitiis non inhæteamus ; licentia , ut eis moderatè utamur : consilium , ut eis totaliter renuntiemus per votum paupertatis . Quare dicitur Math. 19. Si vis perfectus esse , vade , & vende omnia , quæ habes , & da pauperibus .

Sic in communi præceptum est , ut carnis voluptatibus non inhæteamus ; licentia , ut eis moderatè utamur : consilium , ut eis renuntiemus per votum castitatis . Ideo Christus dans consilium castitatis ait : sunt Eunuchi qui castraverunt se ipsos propter regnum cœlorum . Et statim subdit : qui potest capere , capiat . Et Apostolus 1. ad Corinthi 7. præmisso consilio Virginitatis dicit : porro hoc ad utilitatem vestram dico , non ut laqueum , id est præceptum , vobis injiciam . Et rursus de virginibus præceptum Domini non habeo , consilium autem do .

Sic in communi præceptum est , ut honoribus sæcoli non inhæteamus ; licentia , ut eis moderatè utamur : consilium , ut eis per votum obedientiæ totaliter renuntiemus . Consilium autem obedientiæ , inquit D. Thomas ibid ad 3. Dominus intelligitar dedisse in hoc , quod dixit : Et sequatur me , quem sequimur , non solum imitando opere , sed etiam obediendo mandatis secundum illud Ioh. 10. Oves meæ vocem meam audiant , & sequuntur me .

Sic in particulari , inquit idem D. Thomas ibidem in corp. cum homo dat Eleemosynam pauperi , quando dare non tenetur , consilium sequi-

tur quantum ad factum illud: similiter etiam , quando aliquotempsore determinato à delectationibus carnis abstinet , ut orationibus vacet , consilium sequitur pro tempore illo. Similiter , quando aliquis non sequitur voluntatem suam in aliquo facto , quod licet posset facere , consilium sequitur in illo casu ; putat si benefaciat inimicis suis , quando non tenetur , vel si offensam remittat , cuius justè posset exigere vindictam : & sic etiam omnia particularia consilia ad illa tria generalia & perfecta reducuntur , scilicet ad votum obedientiae , paupertatis , & castitatis.

TRACTATUS II.

De vero usu conciliorum in resolvendis casibus conscientiae.

PRO E M I U M.

Qui in resolvendis casibus conscientiae conciliis uti voluerit , duo præstet necessarium est. Primum quidem legat concilia , tum generalia , tum particularia . & advertat quid in eis fuerit determinatum circa fidem , circa mores , circa disciplinam. Secundum verò , ne tantarum rerum multitudine memoria obdruatur , quæ legerit , certa ordinis methodo scribat in codice , ut ad manum habeat , quid concilia , tum generalia , tum particula- ria circa quamcumque materiam determinave-

rint. Sed quia non est penes omnes , aut omnia concilia habere , aut habita legere , aut lecta certo ordine dirigere ; ideo nostrac-
tatum istum in sex capita dividemus. In
primo quid & quotuplex sit concilium recen-
sebimus. In secundo subjiciemus brevem Sy-
nopsim historicam Conciliorum generalium &
particularium referendo historicè , quid in
concilis gestum sit. In tertio dabimus synopsim
dogmaticam Conciliorum generalium Eccle-
siæ Græcæ & Latinæ , referendo non quidem
verba , sed solum sensum Canonum. In qua-
to addemus Synopsim Conciliorum præcipuo-
rum particularium In quinto proponemus me-
thodum aliquam , quâ tot concilia , tot Ca-
nones facilius retinemus. In sexto statutis
quibusdam regulis , & explicatis quibusdam
difficilioribus terminis ostendemus quomodo
utendum sit Conciliis in resolvendis casibus
conscientiæ.

CAPUT PRIMUM.

De Conciliis tum Generalibus tum particularibus

ARTICULUS I.

Quid & quotuplex Concilium.

Concilium est Congregatio prælatorum Ecclesiæ qui in unum & eundem lo-
cum Congregantur ad definiendas controver-
sias circa fidem exortas , ad reformatos mores
& ad disciplinam Ecclesiasticam stabilendam.

Ex hac definitione sequitur , primò tripli-
cis speciei posse esse Concilium , siquidem
aliud est Provinciale , aliud nationale , aliud

Generale. Concilium est Provinciale, cum à Metropolitano convocantur omnes unius Provinciæ Praelati. Concilium est nationale cum à primate convocantur omnes aliquujus nationis Episcopi. Concilium est Generale, cum totius orbis Christiani Episcopi legitime convocantur.

Ex eadem definitione sequitur secundò, tria posse in quolibet Concilio pertractari, scilicet ea, quæ pertinent ad fidem; quæ spectant mores, & quæ disciplinam respicere possunt. Canones fidei docent, quæ credenda sunt, & quæ non credenda, seu discrenda, ut dicunt. Canones morum determinant, quæ agenda, & quæ fagienda statuta vero disciplinæ præscribunt modum, secundum quem in Christiana Republica, & hi qui sunt superiores, & hi qui sunt inferiores, vivere debeant, sive quo pacto se gerere debeant, tam hi qui præsunt, quam hi qui subsunt spiritualiter.

Rursus ex eadem definitione sequitur, quod ut distinctior habeatur notitia decisionis in aliquo Concilio definitæ, inspiciendum sit quo loco, quo tempore, quo motivo, sub quo Papa, contra quem hereticum Congregatum est Concilium, ut singulis examinatis circumstantiis mens Ecclesiæ clarius appareat; idèque in sequentibus articulis, quæ ad hoc conducunt, explicabimus.

ARTICULUS II.

Datur brevis idea Chronologie & Geographie quatenus conductunt ad Conciliorum notitiam.

Chronologia est cognitio, quâ varia, temporis durationes distinguimus, ut

DE VERO USU CONCILII 63

actum quolibet suo tempore adaptemus. Tempus autem dividitur in dies, menses, annos, saecula, & millaria. Dies est ea duratio, quæ ab ortu solis usque ad alium ortum solis extenditur, & vices diei & noctis complectitur. Mensis est triginta aut circiter dierum revolutione. Annus est duodecim mensium duratio. Saeculum centum annos complectitur. Milliare mille annorum spatium continet.

Qui volunt à Chronologię salebris se liberare, & tempora non confundere, abstinent à minutissimis computarioribus, in quibus multum est laboris, parum vero utilitatis. Omnem durationem, quæ ab initio mundi usque ad Christum effluxit, distingunt in millaria, eam verò quæ à Christo usque ad nos descendit, partiuntur in saecula. A mundo condito usque ad Christum quatuor fluxere Millaria. Primum Milliare est Adami, secundum Noëmi; tertium Abrahani; quartum Salomonis. Primum milliare incœpit ab initio mundi, & finit anno quinquagesimo sexto Noëmi, & complectitur quidquid gestum est ab initio mundi usque ad annum 56. ætatis Noë.

Secundum Milliare incipit anno quinquagesimo sexto Noë, & finit anno octavo ætatis Abrahami, & complectitur quidquid gestum est à Noë usque ad Abrahamum.

Tertium Milliare incipit anno octavo ætatis Abrahami, & extenditur usque ad annum, quo Salomon complevit ædificium Templi, & continet quidquid gestum est ab Abrahamo usque ad Salomonem, vel usque ad consummatum Templi ædificium.

Quartum Milliare incipit à Templo ædifi-

70 MORALIS CHRISTIANA.
eato, & finit ad Nativitatem Christi, & complebitur singula, quæ toto illo tempore ges-
ta sunt.

A tempore Christi usque ad nos effluxerunt
septem supra decem saecula, & undecim anni.

Qui ergo voluerit advertere an Concilium
aliquid longè à nobis remotum sit, videat
quo saeculo sit habitum, an primo, an secun-
do, an tertio saeculo, sub quo Papa, &c.
sed quia locus potest conducere ad Concilii no-
titiam brevem hic subjicio Geographiæ ideam.

Geographia est terræ, quam homines in-
colunt, delineatio. Terra, quam homines
incolunt, in duo hemispheria dividitur, sci-
licet in hemispherium superius, & hemispe-
rium inferius. Hemispherium inferius est illud
quod infra nos est, & antipodas complebitur.
Hemispherium superius est illud quod nos
incolimus. Hemispherium superius dividitur
in tres partes Europam, Asiam & Africam.

Hemispherium inferius continet Americam:
& hæc Ameri a potest dividi in Americam
Orientalem, Occidentalem, Meridionalem,
& Septentrionalem.

Qui ergo voluerit scire, quo in loco habi-
tum est aliquid Concilium, querat, an in
Europa, an in Asia, an Africa, & legat
Catalogum Geographicum Conciliorum infra-
delenatum. Diximus, quod ad intelligen-
tiā Concilii inservire queat, si sciatur quo
Papā sedente habitum sit; ideo hīc subjici-
mus Catalogum Chronologicum Summorū
Pontificum rem quidem vulgarem, sed ta-
men necessariam.

ARTICULUS III.

In quo scribitur Catalogus Romanorum Pontificum indicando 1^o. Nomen Pontificis 2^o. Quo anno incœperit 3^o. Quot annis Pontificatum tenuerit.

Pontifex.	Incepit	Pontificatum
	an.	tenuit.
Petrus.	43.	an. 24. mens. 5. dies 10.
Linus.	67.	a. 11. m. 2. d. 23.
Cletus.	78.	a. 12. m. 7. d. 2.
Clemens.	98.	a. 9. m. 6. d. 6.
Anacletus.	101.	a. 9. m. 3. d. 10.
Evaristus.	110.	a. 9. m. 3.
Alexander I.	119.	a. 10. m. 5. d. 20.
Sixtus I.	130.	a. 9. m. 10. d. 8.
Telesphorus.	140.	a. 11. m. 8. d. 29.
Higinus.	152.	a. 3. m. d. 28.
Pius I.	156.	a. 9. m. 5. d. 27.
Anicetus.	165.	a. 7. m. 8. d. 24.
Soter.	173.	a. 3. m. 11. d. 21.
Eleutherus.	177.	a. 15. m. d. 23.
Victor I.	192.	a. 9. m. 1. d. 28.
Zephirinus.	201.	a. 18. m. d. 18.
Callistus I.	219.	a. 5. m. 1. d. 12.
Urbanus I.	224.	a. 6. m. 7. d. 4.
Pontianus.	231.	a. 4. m. d. 6.
Anterus.	235.	a. m. 1. d.
Fabianus.	236.	a. 15. m. d. 5.
Cornelius.	251.	a. 2. m. 4. d. 17.

72 MORALIS CHRISTIANA

Primus Antipapa Novatianus hereticus.

Lucius I.	253.	an.	1.	mens.	4.	d.
Stephanus I.	255.	a.	2.	m.	3.	d.
Sixtus II.	257.	a.	0.	m.	11.	d.
Dionysius.	258.	a.	12.	m.	3.	d.
Felix I.	270.	a.	4.	m.	4.	d.
Eutychianus,	275.	a.	8.	m.	6.	d.
Caius.	283.	a.	12.	m.	4.	d.
Marcellinus.	296.	a.	7.	m.	11.	d.
308.— Marcellus I.	304.	a.	4.	m.	1.	d.
vacavit Eusebius.	309.	a.	2.	m.	8.	d.
3.a.6.m. Melchiades.	311.	a.	2.	m.	2.	d.
257. Silvester I.	314.	a.	21.	m.	11.	d.
Marius.	336.	a.	0.	m.	8.	d.
Julius.	336.	a.	15.	m.	5.	d.
Liberius.	352.	a.	1.	m.	4.	d.
Felix II.	336.	a.	1.	m.	3.	d.
Aquibusdam dictus.	355.	<i>felix Antipapa.</i>				
Damasus I.	367.	a.	17.	m.	2.	d.

Secundus Antipapa Ursicinus, qui & Ursinus.

Siricius.	385.	an.	13.	mens.	1.	d.
Anastasius I.	398.	a.	4.	m.	1.	d.
Innocentius I.	402.	a.	15.	m.	2.	d.
Zozimus.	417.	a.	1.	m.	4.	d.
Bonifacius I.	418.	a.	4.	m.	9.	d.

Tertius Antipapa Eulalius Archidiaconus.

Cælestinus I.	423.	an.	8.	mens.	5.	d.
Sixtus III.	432.	a.	7.	m.	11.	d.
Leo I.						

Leo I.	440.	an. 20.	mens. II.	d. 4.
Hilarius.	461.	a. 5.	m. 9.	d. 29.
Simplicius.	467.	a. 15.	m. 5.	d. 10.
Felix II. al.				
III.	483.	a. 8.	m. II.	d. 32.
Gelasius I.	492.	a. 4.	m. 8.	d. 19.
Anastasius II.	496.	a. 1.	m. II.	d. 23.
Symmachus,	498.	a. 15.	m. 7.	d. 27.

Quartus Antipapa Laurentius Archidiaconus.

Hormisdas.	514.	an. 9.	mens.	d. 10.
Joannes I.	523.	a. 2.	m. 9.	d. 14.
Felix III. al.				
IV.	527.	a. 3.	m. 2.	d. 14.
Bonifacius II	530.	a. 2.	m. d.	2.

Quintus Antipapa Dioscorus, adversus Bonificium.

Joannes II.				
Mercurius.	532.	an. 2.	mens. 8.	d.
Agapitus I.	535.	a.	m. 10.	d. 14. aut. 18.
Silverius.	536.	a. 4.	m. d.	
Vigilius.	540.	a. 15.	m. 6. vel. an. 18.	
Pelagius I.	555.	a. 3.	m. 10.	d. 18.
Joannes III.				
Catellinus.	559.	a. 12.	m. II.	d. 16.
Benedictus I.				
Bonosius.	573.	a. 4.	m. 2.	d. 15.
Pelagius II.	577.	a. 12.	m. 2.	d. 27.
Gregorius I:				
mag.	590.	a. 13.	m. 6.	d. 10.
Sabinianus.	604.	a.	m. 3.	d. 19.
Bonifacius				
III.	606.	a.	m.	d. 23.

74 MORALIS CHRISTIANA.

Bonifacius

IV.	607	an.	6.	mens.	8.	d.	20.
Deus dedit.	614.	a.	2.	m.	11.	d.	26.
Bonifacius V	617.	a.	7.	m.	10.	d.	1.
Honorius I.	626.	a.	12.	m.	4.	d.	27.
Severinus.	639.	a.		m.	2.	d.	4.
Joannes IV.	639.	a.	1.	m.	9.	d.	6.
Theodorus.	641.	a.	7.	m.	5.	d.	20.
Martinius I.	649.	a.	5.	m.	4.	d.	10.
Eugenius I.	655.	a.		m.	5.	vel 6.	& d. 23.
Vitalianus.	655.	a.	13.	m.	4.	d.	27.
Adeodatus.	669.	a.	7.	m.	2.	d.	17.
Donus.	676.	a.	1.	m.	5.	d.	10.
Agatho.	678.	a.	3.	m.	6.	d.	25.
Leo II.	683.	a.		m.	10.	d.	14.
Benedictus II	684.	a.		m.	8.	d.	17.
Joannes V.	685.	a.	1.	m.	0.	d.	11.
Cono.	686.	a.		m.	11.	d.	23.

Schisma electis Petro & Theodoro.

Sergius I. 687. an. 13. mens. 8. d. 14.

Schisma electis Theodoro & Paschale.

Joannes VI.	701.	an.	3.	mens.	2.	d.	12.
Joannes VII	705.	a.	2.	m.	7.	d.	17.
Sisinnius.	708.	a.		m.		d.	20.
Constantinus	708.	a.	6.	m.	1.	d.	2.
Gregorius II	714.	a.	16.	m.	8.	d.	20.
Gregorius							
III.	731.	a.	10.	m.	9.	d.	12.
Zacharias.	741.	a.	10.	m.	3.	d.	10.
Stephanus							
II.	752.	a.		m.		d.	4.

DE VERO USU CONCIL. 75
Stephanus 752. an. 5. mens. d. 20.

III.

Paulus I. 757. a. 10. m. 1. d.

Schisma ob Theophilactum Archipresbiterum.

Stephanus.

IV. 763. an. 3. mens. 5. d. 28.

*Constantinus Antipapa, Frater Totonis Nepesini
Ducis.*

Hadrianus I. 772. an. 23. mens 10. d. 17.

Leo III. 795. a. 20. m. 5. d. 17.

Stephanus

IV. 816. a. 1. m. 7. d. 3.

Paschalis I. 817. a. 7. m. 3. d. 16.

Eugenius II. 824. a. 3. m. 2. d. 23.

Zinzimus schimati occasionem dedit.

Valentinus. 827. an. mens. d. 40.

Gregorius

IV. 829. a. 15. m. 4. d.

Sergius II. 844. a. 3. m. 1. d. 2.

*Joannes Diaconus turbas concitavit adversus ser-
gium.*

Leo IV. 847. an. 8. mens. 3. d. 5.

Hic insulte inseritur à quibusdam Joanna Papissa.

Benedictus

III. 855. an. 2. mens. 6. d. 20.

Gij

76 MORALIS CHRISTIANA.

Nicolaus I.

m.	858.	an. 9.	mens. 6.	d. 20.
Hadrianus II	867.	a. 4.	m. 10.	d. 17.
Joannes				
VIII.	872.	a. 10.	m.	d. 1.
Martinus I.				
seu II.	882.	a. 1.	m.	d. 20.
Hadrianus				
III.	884.	a. 1.	m.	d. 19.
Stephanus V	885.	a. 6.	m.	d. aliquot.
Formosus.	890.	a. 6.	m.	d.

Sergius & Bonifacius VI. turbas cident,

Stephanus

VI.	896.	an. 3.	aur. 4.	mens. d.
-----	------	--------	---------	----------

Romanus Gallesinus per vim instrusus.

Theodorus

II.	901.	an.	mens.	d. 20.
Joannes IX.	901.	a. 3.	m.	d. 15.
Benedictus				
VI.	905.	a.	per aliquot menses.	
Leo V.	906.	a.	m.	d. 40.
Christophorus.				
rus.	906.	a.	m. septem.	
Sergius III.	907.	a. 3.	m. 4.	d.
Anastasius				
III.	910.	a. 2.	m.	d. 20.
Lando.	912.	a.	aliquot menses.	
Joannes X.	913.	a. 15.	m.	d.
Leo VI.	928.	a.	m. 6.	d. 15.
Stephanus				
VII;	929.	a. 1.	m.	d. 15.

DE VERO USU CONCILIE. 77

Joannes XI. 931. an. 4. mens. d.

Leo VII. 936. a. 3. m. 6. d.

Stephanus

VIII. 939. a. 3. m. 4. d. 5.

Martinus II.

seu III. 943. a. 3. m. 4. d. 13.

Agapitus II. 946. a. 9. m. 7. d. 19.

Joannes XII. 955. a. 9. aut. 10. m. d.

Leo VIII. Antipapa ab Othono subrogatus.

Benedictus V. 964. an. unum circiter.

Joannes

XIII. 965. a. 6. m. 11. d. 5.

Donus II. 974. a. m. 3. d.

Benedictus VI. 972. a. 1. m. 3. d. aliquot.

Bonifacius VII. sive Franco Antipapa.

a. 1. m. 1. d.

Benedictus VII. 975. an. 9. mens. d.

Joannes XIV. 984. a. 1. & aliquot m. d.

Joannes XV. 985. a. 10. m. 4. d. 22.

Gregorius V. 996. a. 2. m. 8. d. 6.

Joannes XVI. Antipapa factione Crescentii.

Silvester II. 999. an. 2. mens. 2. aut. 3.

Joannes

XVII. 1003. a. m. 5. d.

Joannes

XVIII. 1003. a. 5. m. 7. d. 28.

Sergius IV. 1009. a. 2. m. 8. d. 13.

Benedictus

VIII. 1012. a. scđ 11. m. d.

Gregorius Antipapa ab Imp. ejicitur.

Joannes XIX. 1024. an. 9. mens. 8; d.
Benedictus

IX. 1034. a. 10. m. d.

Silvester III. & **Joannes XX.** *Archipresbiter Romanæ Ecclesiæ, Antipapæ.*

Gregorius VI 1044. an. 2. mens. 8. d.

Clemens II. 1046. a. m. 9. d.

Damasus II. 1048. a. m. d. 23.

Leo IX. 1049. a. 5. m. 2. d. 7.

Victor II. 1054. a. 2. m. 6. d.

Stephanus

IX. 1057. octofermè menses.

Nicolaus II. 1059. a. 2. m. 6. d.

Joannes Mincius dictus Benedictus X. *Antipapa.*

Alexander II.

Anselmus. 1061. an. 11. mens. 6. d. 22.

Cadalous Antipapa dictus Honorius II.

Gregorius VII. 1073. an. 12. mens. 1. d. 3.

Clemens III. *Guibertus Ravennas, Antipapa.*

Victor III. 1086. an. menses sc̄re 10.

Urbanus II.

Odo. 1087. a. 11. m. 4. d. 18.

Paschalis II. 1099. a. 18. m. 5. d. 4.

Moritio Ghiberto tr̄s Antipape brevi tempore.

Gelasius II. 1118. an. 1. mens. d. 4.

Mauricius Burdinus Archiep. Bracarenſis, Anti-papa.

Callistus II. 1119. an. 5. mens. 10. d. 13.
Honorius II. 1124. a. 5. m. 1. d. 17.

Callistus III. Theobaldus cedit honorio.

Innocentius

II. 1130. an. 13. mens. 7. d. 10.

Petrus Leonis, Anacletus II. Antipapa.

Gregorius dictus Victor III. Antipapa.

Cœlestinus

II. 1143. an. mens. 5. d. 13.

Lucius II. 1144. a. m. 11. d. 14.

Eugenius III 1145. a. 8. m. 4. d. 13.

Anastasius IV 1153. a. 1. m. 4. d. 24.

Hadrianus

IV. 1154. a. 4. m. 8. d. 29.

Alexander

III. 1159. a. 21. m. 11. d. 23.

Octavianus dictus Victor IV. Antipapa.

Guido Cremenensis dictus Paschalis III. Antipapa.

Joannes Abbas dictus Callistus III. Antipapa.

Lucius III. 1181. an. 4. mens. 2. d. 18.
Urbanus III. 1185. a. 1. m. 10. d. 25.

Gregorius

VIII. 1187. a. duos fere menses.

Clemens III. 1188. a. 3. m. 2. d. 10.

Cœlestinus

III. 1191. a. 6. m. 8. d. 28.

Innocentius

III. 1199. a. 18. m. 6. d. 9.

Honorius III 1216. a. 10. m. 8. d.

Gregorius

IX. 1227. a. 14. m. 5. d. 3.

Cœlestinus

IV. 1245. a. m. d. 18.

Innocentius

IV. 1243. a. 11. m. 5. d. 14.

Alexander

IV. 1254. a. 6. m. 5. d. 4.

Urbanus IV. 1261. a. 3. m. 1. d. 4.

Clemens IV. 1265. a. 3. m. 9. d. 25.

Vacavit sedes annos duos. m. 9. d. 2. fere menses 30.

Gregorius X. 1271. an. 4. mens. 4. d. 10.

Innocentius

V. 1276. a. m. 5. d. 5.

Hadrianus V 1276. a. m. d. 39.

DE VERO USU CONCIL. 81

Joannes XXI.	1276.	an.	mens. 8.	d. 8.
Nicolaus III.	1277.	a.	2.	m. 9. d. 2.
Martinus IV.	1287.	a.	4.	m. 1. d. 7.
Honorius IV.	1285.	a.	2.	m. d. 1.
Nicolaus IV.	1287.	a.	4.	m. 1. d. 14.

Vacat sedes annos duos mens. 3. d. 2.

Cœlestinus V. 1294. abdicat post 5. mens. d. 8.

Bonifacius

VIII. 1294. an. 8. mens. 9. d. 18.

Benedictus

XI. 1303. a. m. 8. d. 17.

Clemens V. 1303. a. 8. m. 10. d. 16.

Vacat sedes annos duos mens. 3. d. 17.

Joannes

XXII. 1316. an. 18. mens. 3. d. 28.

Benedictus

XII. 1334. a. 7. m. 4. d. 6.

Clemens VI. 1342. a. 10. m. 6. d. 29.

Innocentius

VI. 1352. a. 9. m. 8. d. 20.

Urbanus V. 1362. a. 8. m. 1. d. 23.

Gregorius

XI. 1371. a. 7. m. 2. d. 24.

Urbanus VI. 1378. a. 11. m. 6. d. 6.

Robertus Genevensis, dictus Clemens VII. Anz
tipapa.

Bonifacius IX. 1389. an. 14. mens. 12.

Benedictus XIII. Petrus de Luna Antipapa.

Innocentius

VII. 1404. an. 2. mens. d. 22.

Gregorius

XII. 1406. a. 2. m. 6. d. 14.

Alexander V 1409. a. m. 10. d. 8.

Joannes

XXIII. 1410. a. 5. m. d. 15.

Vacat sedes Romana annos 2. m. 5. d. 10.

Martinus V. 1417. an. 13. mens. 3. d. 12.

Ægidius Antipapa dictus Clemens VIII.

Eugenius IV. 1431. an. 15. mens. 15. d. 20.

Amedeus Sabaudiae dux Felix V. Antipapa.

Nicolaus V. 1447. an. 8. mens. d. 19.

Callistus III 1455. a. 3. m. 5. d. 29.

Pius II. 1458. a. 5. m. 11. d. 27.

Paulus II. 1464. a. 6. m. 10. d. 26.

Sixtus IV. 1471. a. 13. m. d. 5.

Innocentius

VIII. 1484. a. 7. m. 10. d. 27.

Alexander

VI. 1492. a. 11. m. d. 8.

Pius III. 1503. a. m. d. 26.

Julius II. 1503. a. 9. m. 3. d. 21.

Leo X. 1513. a. 8. m. 8. d. 20.

Hadrianus

VI. 1522. a. 1. m. 8. d. 6.

Clemens

VII.	1523.	a.	10.	mensio.	d.	7.	
Paulus III.	1534.	a.	15.	m.	d.	18.	
Julius III.	1550.	a.	5.	m.	1.	d.	16.
Marcellus II	1555.	a.		m.	d.	21.	
Paulus IV.	1559.	a.	4.	m.	2.	d.	24.
Pius IV.	1559.	a.	5.	m.	11.	d.	15.
Pius V.	1566.	a.	6.	m.	3.	d.	24.

Gregorius

XIII.	1572.	a.	12.	m.	10.	d.	29.
Sixtus V.	1585.	a.	5.	m.	4.	d.	3.
Urbanus VII	1590.	a.		m.		d.	13.

Gregorius

XIV.	1590.	a.		m.	10.	d.	10.
------	-------	----	--	----	-----	----	-----

Innocentius

IX.	1591.	a.		m.	2.	d.
-----	-------	----	--	----	----	----

Clemens

VIII.	1592.	a.	13.	m.	1.	d.	3.
Leo XI.	1605.	a.		m.		d.	27.
Paulus V.	1605.	a.	15.	m.	8.	d.	12.

Gregorius

XV.	1621.	a.	2.	m.	5.	d.
-----	-------	----	----	----	----	----

Urbanus

VIII.	1623.	a.	20.	m.	11.	d.	22.
-------	-------	----	-----	----	-----	----	-----

Innocentius

X.	1644.	a.	10.	m.	3.	d.	22.
----	-------	----	-----	----	----	----	-----

Alexander

VII.	1655.	a.	12.	m.	1.	d.	15.
------	-------	----	-----	----	----	----	-----

Clemens IX.	1667.	a.	2.	m.	5.	d.	19.
-------------	-------	----	----	----	----	----	-----

Clemens X.	1670.	a.	6.	m.	2.	d.	23.
------------	-------	----	----	----	----	----	-----

Innocentius

XI.	1676.	a.	12.	m.	10.	d.	22.
-----	-------	----	-----	----	-----	----	-----

Alexander

VIII.	1689.	a.	1.	m.	3.	d.	26.
-------	-------	----	----	----	----	----	-----

Innocentius

XII.	1691.	a.	9.	m.		d.
------	-------	----	----	----	--	----

Clemens XI,	Qui nunc sedet, creatus	23.	N.	1700
-------------	-------------------------	-----	----	------

ARTICULUS IV.

In quo scribuntur varia schemata Conciliorum

Concilia generalia Græca.

Nomen & an-	Papa & Impe-	Causa/
nus.	rator.	
1. Nicænum anno 325.	Sylvester. Constan-	Arius/
Sardicense ap-	tianus.	Eusebii factio;
pendix Nicæni anno 347.	Julius. Constans & Constantius.	
2. Constanti- nopolitanum I. anno 381.	Damasus. Theodo-	Macedonius & Apollinaris;
3. Ephesinum anno 431.	Celestinus. Theodosius ju-	Nestorius;
	nior. Valentini-	
	nus.	
4. Chalcedo- nense anno 451.	Leo. Marcia-	Eutiches.
5. Constanti- nopolitanum II. an. 553.	Vigilius. Justi-	Tria capitula;
	nianus.	
6. Constanti- nopolitanum III anno 681.	Agatho. Constan-	Monothelitz.
Trullanum qui- ni. extum an-	tianus pogon-	
no...	tus.	
7. Nicænum II. anno 789.	Adrianus I. Constantinus &	Omissio con-
	eius mater Irc-	ditorum cano-
	ne.	num in 5. & 6.
		synodo.
8. Constanti- nopolitanum IV anno 897.	Adrianus II. Basilius Augus-	Iconoclaste,
	tus.	Photioschisma.

Concilia generalia Latina.

Nomen & annus.	Papa & Imperator.	Causa.
1. Lateranen- se I. anno 1122.	Calixtus II. Henricus V.	Pax incunda inter Ecclesiam & Imperium
2. Lateranen- se II. anno 1139.	Innocentius II. Conradus.	Petrus de Bri- xia.
3. Lateranense III. anno 1179.	Alexander III. Fredericus I.	Cathari. Val- denies.
4. Lateranense IV. anno 1215.	Innocentius III. Fredericus.	Albigenses, Terra Sancta à Turcis recupe- randa.
5. Lugdunense I. anno 1245.	Innocentius IV. Fredericus II.	Expeditio in Terram Sanc- tam.
6. Lugdunense II. anno 1274.	Gregorius X. Rodolphus.	Processio Spi- ritus Sancti à Patre & Filio.
7. Viennense anno 1311.	Clemens V. Henricus.	Templariorum destructio. Be- gardorum & Beguminarum condemnatio.
8. Constantien- se anno 1414.	Durante schis- mate Sigismundus.	Schisma tol- lendum. Hussitæ & Viclefistæ.
9. Basileense ex parte repro- batum anno 1431.	Eugenius IV. Sigismundus.	Reformanda Ecclesia.
10. Florenti- num anno 1438.	Eugenius. Pa- leologus.	Unio Eccle- siæ Latinæ cum Græca.
11. Lateranen- se V. anno 1512.	Julius II. & Leo X. Maximi- lianus.	Reformatio & pacificatio Ec- clesie.
12. Tridenti- num anno 1545.	Paulus III. Carolus V.	Lutherani Cal- vinistæ.

ARTICULUS V.

*In quo Latine & Gallicè describitur ordine
Alphabetico Index Geographicus omnium
Conciliorum.*

Pour donner une idée distincte des Lieux où les Conciles ont été tenus, je marque quatre choses; scçoir, le Continent, le Royaume, la Province & la Ville, afin qu'on puisse trouver plus aisement dans quelle carte que ce soit le lieu où le Concile a été tenu. Par exemple, *Concilium Abricense*, je dis Avranches en Europe, en France, en Normandie. Il faut chercher dans la mappe-monde, 1°. l'Europe, 2°. Dans l'Europe chercher la France, 3°. Dans la France la Normandie, 4°. Dans la Normandie Avranches; & ainsi on scâit où a été tenu le Concile nommé *Abricense*. J'ay suivi la carte Geographique de Monsieur Duval, & pour donner à même tems une connoissance du nombre des Conciles, ou Conciliabules, qui ont été tenus dans chaque Lieu. J'ay ajouté à la fin combien de Conciles & de Conciliabules ont été tenus dans cette Ville. Par exemple, si on veut scçoir combien il y a eu de Conciles à Constantinople, on n'a qu'à chercher la lettre C. on trouvera Constantinople; & à la fin on verra qu'il y a eu dans Constantinople quatre Conciles Generaux, trente six Provinciaux ou Nationaux, & vingt-cinq Conciliabules. J'ay suivi pour calculer ce nombre la collection du R. P, Labbe

Jesuite , qui est la plus ample , que nous ayons. Et comme Monsieur Baluze nous a donné une collection des Conciles , qui avoient été omis : Je me suis servy de son travail , quand ni le P. Labbe , ni Monsieur Baluze ne m'ont pû donner aucun éclaircissement. Je me suis contenté de mettre dans ce Catalogue le Lieu que Monsieur Duval a marqué , sans rien dire du nombre des Conciles , parce que j'avoué de bonne foy , que je ne le saay pas , & qu'on me fera un fort grand plaisir de m'en instruire.

A.

Abrinca , Avranches en Europe , en France , en Normandie , Concil. *Ablicense*
Il y a eu 1. Concile.

Aclea , Acleth , en Europe , en Angleterre . Concil. *Acleense* . Il y a eu 1. Concile.

Ad - quercum , Fauxbourg de la Ville de Calcedoine , dans l'Asie mineure , en Bythnie . Concil. *Ad - quercum* . 2. Concile.

Adrumetum , Adrumette , en Afrique , dans le Royaume de Tunis , dans la Province Byzacene . Concil. *Adrumentinum* . 2. Conciles.

Ægyptus , Egipte , ou *Alexandria* , Alexandrie en Afrique , dans l'Egipte . Concil. *Alexandrinum* . 21. Concile. Six Conciliabules.

Ædua , Autun en Europe , en France , en Bourgogne . *Concilium Æduense* . Concile 1.

Ægidia , St. Giles en Europe , en France , en Languedoc . *Concilium Ægidianum* . Concil. 1.

Africa , Afrique , un des quatre continens

Ce mot se prend pour la Diocèse, ou grand département d'Afrique. Concil. *Africanum.*

20. Conciles. Un Conciliabule.

Agathia, Agde en Europe, en France, en Languedoc. Concil. *Agathense. 1. Conc.*

Agaunum. St. Maurice en Europe, près du Lac de Geneve. Concil. *Agaunense. 2. Conc.*

Albiga, Albi, en Europe, en France, dans le haut Languedoc. Concil. *Albigense. 1. Concil.*

Albingaunum, Albenga en Europe, Concil. *Albingaunense.*

Aleriae, Aleria, Ville ruinée en Europe, en Italie, près de l'île de Corse. Concil. *Alerianum* selon Sanson.

Aginnum, ou *Agennium*, Agen en Europe, en France, en Gascogne. Concil. *Agennense.*

Alexandria, Alexandrie la grande en Afrique, dans l'Egypte. Concil. *Alexandrinum.*

Alna, Alne en Europe, en Angleterre. Concil. *Alnense. 1. Conc.*

Altheim, ou *Althemia*, Altheim en Europe, en Allemagne, dans la Rétie Pays des Grisons. Concil. *Apud Altheim* ou *Altheum. 1. Conc.*

Altinum, Altin, ou *Altino* en Europe, en Italie, dans la marche de Treviso. Conc. *Altinense.*

Amalfia ou *Amalfis*, Amalfi en Europe en Italie, dans le Royaume de Naples. Conc. *Amalphitanum. 1. Conc.*

Ambresbyria, Ambresburi en Angleterre. Con. *Ambresburienae.*

Ameria. 1. Conc. Lieu incertain selon Sanson;

Anagnia, Anagnie en Europe, en Italie, dans la Campagne de Rome. Con, *Anagnense.*

Ancira, Ancire, ou Agoure en Asie, dans la Galatie. Concil. *Anciranum*, ou *Anciratum*, ou par corruption *Anquirense*. 3. Conc. 2. Conciliab.

Andegavum, Angers en Europe, en France dans l'Anjou. Con. *Andegavense*, ou *Ans-dicavense*. 6. Conc.

Andelaum, ou *Andelaüs*, Andelot en Europe, en France, en Champagne. Conc. *Apud Andelaum*. 1. Conc.

Andria, Andri en Europe, en Italie, dans le Royaume de Naples. Conc. *Andrianum*.

Angari en Asie. Conc. *Angariense*.

Anglia, Angleterre, principal Royaume des Isles Britanniques. Conc. *Anglicanum*. 15. Conc. Un Conciliabule.

Anicium, ou *Alvicium*, ou *Podium Sta. Mariae*, le Puy en Vellay, en Europe, en France, en Languedoc. Conc. *Aniciense*. 1. Conc.

Antiochia, Antioche la grande, en Asie, & Capitale de la Syrie. Conc. *Antiochenum*. 19. Conciles. 6. Conciliabules.

Antissiodorum, Auxerre en Europe, en France, en Bourgogne. Conc. *Apud Antissiodorum*.

Antuerpia, Anvers en Europe, en Flandres, dans le País bas. Conc. *Antuerpiense*.

Ansa, en Europe, en France, près de Lyon, Conc. *Ansanum* 5. Conc.

Apamiae, Pamiez en Europe, en France, dans le pais de Foix. Conc. 1.

Aquilea, Aquilée en Europe, en Italie, dans le pais de Frioul. Conc. *Aquiliense*. 6. Conc. 1. Conciliabule.

Aqua, Aix en Europe, en France, en Prov.

90 MORALIS CHRISTIANA.

vence. conc. Aquense. 2. Conciles.

Aquis-granum, Aix la Chapelle en Europe, dans la Duché de Juliers. *conc. Aquis-granense. 13. Conciles.*

Aquitania; Aquitaine en Europe, en France, en Gascogne, Auch. *1. Conc.*

Arabia, l'Arabie, dans l'Asie. *Conc. Arabicum. 1. Concile.*

Aragonie, Aragon en Europe, en Espagne, *Concil. Aragonense. 1. Conc.*

Aranda. Aranda en Europe, en Espagne, dans la vieille Castille. *Conc. Arandense.*

Arausio, ou *Arausica civitas*, Orange en Europe, en France, en Provence, dans la Principauté d'Orange. *Conc. Arausicanum. 3. Conciles:*

Arelate, Arles en Europe, en France, en Provence. *Conc. Arelatense. 15. Conciles.*

Aretium, Arezzo en Europe, en Italie, dans le Duché de Florence. *Conc. Apud. Aretium.*

Argentina, ou *Argentoratum*, Strasbourg en Europe, en Allemagne, dans l'Alsace *Conc. Argentinense.*

Ariminum, Rimini, en Europe, en Italie, sur le Golphe de Venise. *conc. Ariminense. 1. Concile. 1. Conciliabule.*

Armacha, Armach en Europe, dans la grande Bretagne, dans l'Irlande, dans la Province d'Ultonie. *conc. Armachense.*

Armenia, Armenia, Province d'Asie. *conc. Armenicum. 1. Conc.*

Arvernum, ou *Alarus - Mons*, Clermont en Europe, en France, en Auvergne, *conc. Arvernense. 3. Conciles,*

Asthabfemburgum, Aschaffembourg en Europe, en Allemagne, dans l'Eveché de Mayence. *conc.* *Aschaffemburgense.* 1. Concile.

Asculum, Ascoli en Europe, en Italie, dans la marche d'Ancone. *Conc.* *Asculanense.*

Asia, l'Asie un des quatre continens du monde. *Conc.* *Asianum vel Asiaticum.* 2. Concil.

Asia, Asté, ou Ast en Europe, en Italie, dans le Piemont. *conc.* *Astense.*

Asturica, Astorga en Europe, en Espagne, dans le Royaume de Leon. *conc.* *Asturicensis.* *Atrebates*, Arras en Europe, en France, dans l'Artois. *conc.* *Atrebatiense.*

Attiniacum, Attigni en Europe, en France, en Champagne. *conc.* *Attiniacense.* 4. Conc.

Audomara, Saint Omer en Europe, en France, dans l'Artois. *Conc.* *Audomarensis.* 2. Conciles.

Avenia, Avignon en Europe, en France, dans le Comtat venaissin en Provence. *conc.* *Avenoniense.* 10. Conciles.

Aversa, Aversa en Europe, en Italie, dans la Terre de Labour. *Conc.* *apud Aversam.*

Augusta Vindelicorum: Aufbourg en Europe, en Allemagne, dans la Suabe. *Conc.* *Augustanum.* 2. Conciles.

Augustodunum, Autun en Europe, en France, dans la Bourgogne. *Conc.* *Augustodunense.* 5. Conciles.

Aurelia, Orleans en Europe, en France, dans l'Orleanois. *Conc.* *Aurelianense.* 11. Conc.

Ausci, ou *Auscii*, Auch en Europe, en France, en Guienne, dans la Gascogne. *Conc.* *Austriense.* 5. Conciles.

Auxima, Olimpo,

B.

Baiocæ, Baieux, en Europe, en France, en Normandie. *Conc. Baiocense*. 1. Concile.

Bamberga, Bamberg en Europe, en Allemagne, dans la Boheme. *Conc. Bambergense*. 1. Concile.

Barcino, Barcelone en Europe; en Espagne, dans la Catalogne. *Conc. Barcinonense*. 6. Conciles.

Barium, Bari en Europe, en Italie, dans le Royaume de Naples, dans la Terre de Bari. *Conc. Barensse*. 1. Concile.

Basilea, Basle, en Europe; en Allemagne, dans le País des Suisses. *Conc. Basileense*. 1. Concile.

Bavaria, la Baviere, Duché d'Allemagne. *Conc. Bavanicum*.

Baugenciacum, ou *Balgenciacum*, Beaugency en Europe, en France, dans l'Orleanois, dans la Beauce. *Conc. Balgenciacense*. 2. Conciles.

Becanceda ou *Bacanielda*, en Europe, en Angleterre, dans la Comté de Kent. ou de Boukingan. *Conc. Becanceldense*. 2. Conciles.

Bellicium, Bellai en Europe, en France, en Bourgogne, dans la Bresse. *Conc. Belliciacense*.

Bellovacum, Beauvais en Europe, en France, dans l'Isle de France. *Conc. Belvacense*, ou *Bellovacense*. 5. Conciles.

Beneventum, Benevent, en Europe, en Italie, dans le Royaume de Naples. *Conc. Beneventanum*. 8. Conciles.

Beningdonum, ou *Beningdona*, Beningdon

en Europe , en Angleterre. Conc. Beningdonense. 7. Conciles.

Berganstedum , Berkamsted , en Europe , en Angleterre , dans le Comté de Bedfort. Conc. Berganstense. 1. Concile.

Berytus . Berite ou Barut en Asie , dans la Syrie , dans la Phenicie. Conc. Beritense. 1. Concile.

Besaldunum , Besalut en Europe , en Espagne , en Catalogne . Concil. Besaldunense.

Besontio , Besançon en Europe , en France , dans la Franche - Comté. Conc. Besontinense.

Biterræ . Besiers en Europe , en France , en Languedoc. Conc. Biterrense. 7. Conc. 1. Conciliabule.

Bituntium , Bitunto en Europe , en Italie , Royaume de Naples. Conc. Bituntinum.

Bituricum , ou Bituriga , ou Biturica , Bourges , en Europe , en France , en Berti. Conc. Bituricense. 15. Conciles.

Bona , Bonne en Europe , en Allemagne , dans l'Electorat de Cologne. Conc. Bonnense. 1. Conc.

Bononia , Bologne sur Mer , en Europe , en France ; en Picardie. Conc. Bononiense. 1. Concile.

Bosra , Bufferet en Asie , dans l'Arabie; Conc. Bosrenum. 1. Conc.

Braccara Augusta , Braga en Europe , dans le Royaume de Portugal. Conc. Braccarense. 4. Conciles.

Brandanfordia , Brandford en Europe , en Angleterre , dans la Province de Cantorberri. Conc. Brandanfordiense. 1. Concile.

Brennacum , Mezieres en Brienne , en Eu-

94 MORALIS CHRISTIANA.

rope, en France ; dans l'Isle de France. **conc.**
Brennacense. 1. Concile.

Brestæ, Breste en Europe, dans le Royaume de Pologne, dans la Cujavie. **Conc.** **Britannum.**

Briocopolis, Saint Brieux en Europe, en France, en Normandie. **Conc.** **Briocopolese.**

Brucania, la grande Bretagne qui comprend les Royautés d'Angleterre, & d'Ecosse. **Conc.** **Britannicum.** 4. Conciles.

Brivatum ou Brivas., Brive la Gaillarde en Limousin, ou plutôt Brioude en Europe, en France, en Auvergne. **Conc.** **Brivatense.** 1. Concile.

Brixia, Brescia en Europe, en Italie, dans la République de Venise. **Conc.** **Brixienese.** 1. Conciliabule.

Brixino, Brixen en Europe, en Allemagne, dans le Comté de Tirol. **Conc.** **Brixinense.**

Buda, Bude en Europe, en Hongrie, dans l'Archevêché de Colocz. **Conc.** **Budense.** 2. Conciles.

Burdigala, Bordeaux en Europe, en France, en Guienne. **Conc.** **Burdigalense.** 7. Concile.

Burgi, Burgos en Europe, en Espagne, dans la vieille Castille. **Conc.** **Burgense.** 1. Concile.

Burgum Sti. Sepulchri, Borgo St. Sepolchro, en Europe, en Italie, Duché de Toscane. **Conc.** **Burguntinum.** 1. Conc.

Bisacena, la Bisacene, Province d'Afrique, qui fait aujourd'hui une partie du Royaume de Tunis. **Conc.** **Bisacenum.** 4. Conciles,

C.

Cabillonum ou **Cabillo**, ou **Cabillinum**, Châlon sur Sône, en Europe, en France, dans la Bourgogne. **Conc. Cabillonense**. 5. **Conc.**

Cadurecum. Cahors en Europe, en France, en Guienne, en Quercy. **Concil. Cadurcense**.

Cæsar Augusta, Saragosse en Europe, en Espagne, dans le Royaume d'Aragon. **Conc. Cæsar-Augustanum**. 3. **Concile**.

Cæsarea-Palestine, **Caſſair** Cesariée de Palestine en Asie, dans la Syrie. **Conc. Cæsariense**. 1. **Conc. 1. Conciliabule** 1. Un autre à Cesariée Dupont, & un autre à Celarée de Capadoce.

Cairum, ou **Memphis**, le grand Caire en Afrique, dans l'Egypte. **Conc. Memphisicum**.

Cala ou **Kala**, Chelles. Abbaye des Religieuses de l'Ordre de St. Benoit en Europe, en France, dans l'Isle de France. **Conc. Calensem**.

Calchutum, Calchut en Europe, en Angleterre. **Conc. Calchutense**. 1. **Conc.**

Calista ou **Kalis**, Calisie en Europe, en Pologne. **Conc. Callisiense**. 1. **Conc.**

Calna, Calne en Europe, en Angleterre. **Conc. calnæville**. 1. **Conc.**

Camboricum, Cambriad en Europe, en Angleterre. **Concil. Camboricense**.

Cambria, Galles en Europe & Principauté dans le Royaume d'Angleterre. **Conc. Cambrium**. 1. **Concile**.

Cameracum ou **civitas Cameracensium**, Cam-

96 MORALIS CHRISTIANA;
brai , en Europe , en France dans le Cam-
bresis. Conc. Cameracense. 1. Conc.

Camerinum , Camerino en Europe , en Italie ,
dans la marche d'Ancone. Conc. Camerinense.

Cantium , Kent. Comté du Royaume d'An-
gleterre , en Europe. Concil. Cantianum.

Cantauria , Cantorberi en Europe , en An-
gleterre , dans le Comté de Kent. Conc. Can-
tauriense. 8. Conc.

Canusium , Canosa en Europe , en Italie ,
Royaume de Naples. Conc. Canusinum.

Capua , Capoue en Europe , en Italie , dans
le Royaume de Naples , dans la terre de La-
bour Conc. Capuense. 3. Conciles.

Caput aquarum . Capaccio en Europe , en
Italie , Royaume de Naples. Conc. ex capite
aquaarum.

Caralis , Callari en Europe , en Sardaigne.
Conc. Caralense.

Carcasso , Carcassone en Europe , en Fran-
ce , en Languedoc. Conc. Carcassonense.

Caria , Aldinelle , Province de l'Asie Conc.
Cariacum. 1. Conciliabule.

Carilocum , Chatlieu en Europe , en France ,
dans la Bourgogne. Conc. Carilocense. 1. Con-
cile.

Carisiacum , Cressi en Europe , en France ,
dans l'île de France , Conc. apud Carisiacum.
4. Conciles.

Carnutum , Chartres en Europe , en France
dans l'Orleanois. Conc. Carnolense. 3. Con-
ciles.

Caroffum , Carrollx , en Europe , en France ,
dans le Poitou. Conc. Caroiffense.

Carpentoratæ , Carpentras en Europe , en
France

France , en Provence , dans le Comté de Venaissin. *Concil. Carpentoratense.* i. Concil.

Carthago , Carthage , cette Ville maintenant ruinée , étoit autrefois la Capitale de toute l'Eglise d'Afrique. *concil. Carthaginense.* 20. Conc. i. Conciliabule.

Cashella , Cashel , ou Castel en Europe , en Angleterre , dans l'Irlande. *conc. Cassellatum.* i. Concile.

Cassinum , Monte Cassino , en Europe , en Italie , dans le Royaume de Naples , dans la terre de Labour. *concil. apud Cassinum.*

Castellatum , Citta - Castellana en Europe , en Italie. *conc. Castellanense* i. Concile.

Castrum Gonterii , Chateau Gontier , en Europe , en France , dans l'Anjou. *conc. apud Castrum Gonterii.* 4. Conciles.

Castrum Theodorici , Chateau Thierri en Europe , en France , dans l'Isle de France. *conc. apud Castrum Theodorici.* i. Conc.

Catalauni , Chalons en Europe , en Champagne. *conc. Catalaunense.* i. Concil.

Cava , Cava en Europe , en Italie , Royaume de Naples. *conc. Cavense.*

Cavernæ , Cavernes , lieu d'Afrique. *conc. Cavernense.* i. Conciliab.

Cefaledium , Cifalu , en Europe , en Italie . *conc. Cefalediense.*

Cellæ , Celle en Afrique , en Mauritanie. *conc. Cellense.*

Celichitho , Celichith en Europe , en Angleterre. *Concilium Celichytense.* i. Concile.

Cervia , Cervia en Europe , en Italie , dans

96 MORALIS CHRISTIANA.

la Romandiole conc. cerviacense.

Cesena , Cesenat : en Europe , en Italie ;
dans la Romagne. Conc. Cesenanum.

Calcedon , Calcedoine, dans l'Asie mineure ,
dans la Bythynie. conc. Calcedonense. 1. Concile general.

Cirta , Constantine , en Afrique , dans la
Numidie , conc. Cirtense. 1. con. 1. conciliabule.

Clarandonum , Clarandon , en Europe , en
Angleterre. conc. Clarandonense. 1. conciliab.

Clipiacum , Clichi , en Europe , en France,
dans l'Isle de France. conc. Clipacense. 2. conc.

Clodia , Chiggia , en Europe , en Italie ,
dans l'état de Venise. conc. Clodiace.

Cloveshovia , Cloveshovie , en Europe , en
Angleterre. conc. Cloveshoviense. 6. conc.

Collis , Colle , en Europe , en Italie , dans
le Duché de Toscane. conc. Collense.

Colonia Agrippina , Cologne , en Europe , en
Allemagne , dans l'Electorat de Cologne. conc.
Agrippinense , vel concil. Coloniense. 20. conc.

Colonia villa , Coulaine , près le Mans , en
Europe , en France , dans l'Orleanois. conc.
Colonia-villense. 1. conc.

Compendium , Compiegne , en Europe , en
France , dans l'Isle de France. conc. Compen-
diense. 10. conc.

Complutum , Alcala de Hennatés , en Euro-
pe , en Espagne , dans la nouvelle Castille.
conc. Complutense. 1. conc.

Compostella , Compostelle , ou St. Jacques
de Galice. conc. compostellanum 2. conc.

Compsa , Conza , en Europe , en Italie , Ro-
yaume de Naples. conc. Compsagense.

Comum, Como en Europe, en Italie, dans le Milanés. Concil. *apud Comum*.

Confinium 3. *civitatum*, en Europe, en France, dans le Querci Conc. *apud confinium* 3. *civitatum*.

Confluentes, Coblents, en Europe, en Allemagne, dans l'Electorat de Trevos. Conc. *Confluentinum*. 2. conc.

Constantia, Constance en Allemagne, sur le lac de Constance. Conc. *Constantiense*. 1. Conc. General, 2. Particuliers.

Constantinopolis, Constantinople, en Europe, dans la Thrace. Conc. *Constantinopolitanum*. 4. Gener. 36. partic. 25. conciliab.

Comprinia, Comprignan, près de Bourdeaux, en Europe, en France, en Guienne. Conc. *Compriniense*. 3. Conc.

Corduba, Cordouë, en Europe, en Espagne, dans l'Andalousie. conc. *Cordubense* 2. Conc.

Corinthus, Corinthe en Europe, dans la Grèce. Conc. *apud Corinthum*. 1. Conc.

Cornetum, Corneto.

Corsica, l'Isle de Corse, en Europe, en Italie conc. *apud Corsicam*.

Cortona, Cortone, en Europe, en Italie, dans le Duché de Toscane. Conc. *Cortonense*.

Cosenzia, Cosenza, en Europe, en Italie, dans le Royaume de Naples. Conc. *apud Cosenziam*.

Coyacum, Coyaque, en Europe, en Espagne, dans les Asturies. conc. *Coyacense*. 1. Conc.

Cremona, Cremona, en Europe, en Italie, dans le Milanés. Conc. *Cremonense*. 1. Conc,

Creta, Crète, Isle de la Mer Méditerranée.
Conc. *Cretense*.

Cyperanum, Cyperane, en Europe, en Italie près de Naplés. Con. *Cyperanense*.

Cyprus, Isle de Cypre, sur la Méditerranée. Conc. *apud Cypri Constantiam*.

D

Dalmatia, la Dalmatie, en Europe, le long du Golphe de Venise. Consc. *Dalmatum*. 2. Conc.

Damascus, Damas, en Asie, dans la Syrie. Con. *Damascenum*.

Dertona. Tertone, en Europe, en Italie, dans le Milanés. Con. *Dertonense*.

Dertusa, Tortose, en Europe, en Espagne, en Catalogne. Conc. *Dertusanum*. 1. Conc.

Die, Die, en Europe, en France, en Dauphiné. Con. *apud Diem*. 1. Conc.

Dingolfinga, Dingelfing, en Europe, en Allemagne, dans l'électorat de Baviere. Conc. *Dingolfingense*. 1. Conc.

Dioclea, Cataro, en Europe, dans la Dalmatie. Conc. *apud Diocleam*; vel conc. *Diocleum*.

Diospolis, aliter *Lidda*, en Asie, dans la Palestine. Conc. *Diospolitatum* 1. Conc.

Divio, Dijon, en Europe, en France, dans la Bourgogne. Conc. *Divionense*. 2. Conc.

Dublinum, Dublin, en Europe, en Angleterre, en Irlande Con. *Dubliniense*. 1. Conc.

Duisburgum, Duisbourg, en Europe, en Allemagne, dans la Vesphalie. Conc. *Duisburgense*. 1. Conc.

Duria, Duren, en Europe, dans la basse Allemagne, dans le Duché de Juliers, du Diocèse Cologne. Conc. *Duriense* 3. Conc.

Duziacum, Douai, en Europe, en France, en Champagne. conc. *Duziacense*. 2^e Conc.

E

Eboracum, York, en Europe en Angleterre, conc. *Eboracense*. 6. conc.

Ebroici, Evreux, en Europe, en France, en Normandie. Conc. *Ebroicense*.

Egara, Terrassa, ou Egare, en Europe, en Espagne, en Aragon. Conc. *Egarense* 1. Conc.

Elberis, Elvire, en Europe, en Espagne, dans le Royaume de Grenade. Conc. *Elberitanum*. 1. Conc.

Emerita, Merida, en Europe, en Espagne, dans la viede Castille. Conc. *Emeritense* 1. Conc.

Engolisma : Engouleme, en Europe, en France, dans l'Orléanais. Conc. *Engolismense* 2. Conc.

Engilheneimen Ingelheim, en Europe, en Allemagne proche de Mayance Concil. 1.

Epauna, Genne, en Europe, en Savoie Conc. *Epaunense*, 1. Conc.

Ephesus, Ephese, capitale dans l'Asie propre. Conc. *Ephesinum*. 1. Gener. 2. partie 1. conciliab.

Epirus veteris, l'Epire en Europe, dans la Macédoine. Conc. *Epiri veteris*. 1. Conc.

Erpfordia, Erford, en Europe, en Allemagne, Conc. *Erfordiensis* 1. Conc. 4^e concilial.

Exoldunum, Issoudun en Europe, en France, dans le Berry. **Conc. Exoldunense.** 1. Conc.
Exonia Excester en Europe en Angleterre.
Concilium Exoniense Concile. 1.

Faventia, Faenza ; ou Fajence, en Europe, en Italie dans la Romagne. **Conc. apud faveutiam.**

Ferrara, Ferrare, en Europe, en Italie, dans le Duché de Ferrare. **Conc. Ferrariense.** 1. general.

Finsiba'a, Finghall, en Europe, en Angleterre, **Co. c. Finschatalense.** 1. Conc.

Florentia, Florence, en Europe, en Italie, dans le Duché de Toscane. **Conc. Florentinum generale.** 1. gener. 2. partic.

Fons-blandus, Fontainebleau, en Europe, en France dans l'Isle de France. **Conc. ad Fontem blandi.**

Foro-julium, Friculi, en Europe, en Italie, dans le Domaine de Venise. **Conc. Foro-juliense.** 1. Conc.

Forum livii, Forli, en Europe, en Italie, dans la Romagne, **Conc. à Foro Livii.**

Francfordia, Francfort sur le Mein, en Europe, en Allemagne, dans le cercle du Rhin. **Conc. Francfordiense.** 3. Conc.

Frideslaria, Frissar, en Europe, en Allemagne, dans le Diocèse de Majence. **Conc. Frideslariense.** 1. Conc.

Frisinga, Freisingen, en Europe, en Allemagne, dans la haute Baviere. **Conc. Fresingenae.** 1. Conc.

Fulginum, foligni, en Europe, en Italie, dans l'Ambrie. *Conc. fulginense.*

Fuxum; *Foix*, en Europe, en France, dans la Comté de Foix. *Conc. Fuxense.* 1. Conc.

G

Gabaldū, le Gévaudan, en Europe, en France, dans le Languedoc. *Conc. Gabal-*
tanum.

Gaintonia, *Gaintaington*, en Europe, en Angleterre. *Concil Gaintingtoniense.*

Gallia, la France, en Europe. *Conc. Gat-*
licanum. 3. Conc.

Gandavum, *Gand*, en Europe, en Flan-
dres. *conc. Gandavense.*

Gandersheim, *Gandersheim*, en Europe, en Allemagne, dans le Duché de Brunsvic.
conc. Ganderheinse.

Gangra, *Castomoni*, ou *Gangres*, dans l'Asie mineure. *conc. Gangranense.* 1. Conc.

Gembicia, *Gembicia*, en Europe, dans la grande Pologne, près de Gnesne. *conc. Gem-*
biciense.

Geneva, *Geneve*, en Europe, dans la Savoie. *conc. Genevense.* 1. Conc.

Gentiliaeum, *Gentilli*, en Europe, en France, dans l'Isle de France. *conc. Gentiliacense.* 1. Conc.

Genua, *Genes*, en Europe, en Italie, dans la République de Genes. *conc. Genuense.* 1. Conc.

Germania, l'Allemagne, en Europe, *conc.* *Germanicum.* 3. *conc.* 1. *conciliab.*

Gerunda, *Girone*, en Europe, en Espagne;

dans la Catalogne. conc. Gerundense. 2. conc.

Gisortium, Gisors, en Europe, en France, en Normandie. conc. *Gisortense*. 1. conc.

Gnesna, Gnesne, en Europe, en Pologne. conc. *Gnesnense*.

Gradus, Grado, en Europe, dans une île de la mer Adriatique. conc. *Gradense*.

Græcia, la Græce, à présent le Romelij.

Granata, Grenade, en Europe en Espagne, dans le Royaume de Grenade. conc. *Granatense*.

Graffa, Grasse, en Europe, en France, en Dauphiné. concil. *Graffense*.

Gratelanum, Gratelean, en Europe, en Angleterre. concil. *Grateleanense*. 1. Conc.

Gudaixa, Guadix, en Europe, en Espagne, dans le Royaume de Grenade. conc. *Guadicense*

Guastalla, Guastalle, en Europe, en Italie, dans la Lombardie. conc. *Guastallense*. 1. conc.

H

Hafnia, Copenague, en Europe, en Danemarc, conc. *Hafniense*. 1. conc.

Harlemum, Haerlem, en Europe, [en Angleterre. conc. *Harlemense*.

Hodfeldia Hafeld, en Europe, en Angleterre, conc. *Hedfeldense* 1. conc.

Helena Elne, en Europe en France, en Roussillon concilium *Helenense* 1. concile.

Heripolis, Virtsbourg, en Europe, en Allemagne, dans la Franconie. cons. *Heripona* 1. conc. 1. conciliab.

Heristallum, Heristal, en Europe, en Allemagne. conc. *Heristallense*.

Hibernia, l'Irlande, en Europe, conc. *Hibernicum*. 4. conc.

Hidruntum, Otrante, en Europe, en Italie dans le Royaume de Naples, dans la terre d'Otrante. conc. *Hidruntense*.

Hieracium, Gieraci, en Europe, en Italie, dans la Calabre. conc. *Hieraciense*.

Hierapolis, Hierapolis, en Asie dans la Phrigie. conc. *Hieropolitanum*. 1. conc.

Hierusalem, Jérusalem, en Asie, dans la Judée. conc. *Hierosolimitanum*. 18. conc. 2. conciliab.

Hildesheimum, Hildesheim, en Europe en Allemagne. concil. *Hildesheimense*

Hippo, Bonne, ou Hippone, en Afrique, dans la Numidie. concil. *Hipponense*. 1. conc.

Hispalis, Seville, en Europe, en Espagne dans le Royaume d'Andalousie. conc. *Hispanense*. 2. conc.

Hispania, l'Espagne, conc. *Hispanicum*.

Horta, Orta, en Europe, en Italie, conc. *Hortanum*.

Hostunum, Ostuni, en Europe, en Italie, Royaume de Naples. conc. *Hostunense*.

I

Jacea, Jacca, en Europe, en Espagne, dans l'Aragon. conc. *Jaccitanum*. 1. conc.

Jadera, Zara en Europe, en Italie, dans la République de Venise. conc. *Jaderense*.

Javaria, ou Javera, Jayarin, en Europe en Hongrie. conc. *Javariense*.

Iconium, Cogni, en Asie, dans la Province de Licaonie *conc. Iconiense*. 1. conc.

Ilerda, Lerida, en Europe, en Espagne, dans la Catalogne. *concil. Ilerdense*. 1. conc.

Ilipa-italica, Sevilla-la-veia, en Europe, en Espagne, dans l'Andalousie. *conc. apud Ilipam-italicam*:

Ingelheim, ou *Ingelheimum*, Ingelheim, en Europe, en Allemagne. *conc. Ingelheimien-se* 4. conc.

Illiricum, l'Illyrie, en Europe près de la mer Adriatique, *conc. Illyricum*. 1. conc.

Insula: l'île dans le Comtat d'Avignon. *Concilium Insulanum*. conciles 2.

Jotrum, Laferte-Sousjouëre, en Europe, dans l'île de France, *conc. Jorense*. 1. conc.

Isaurica Caramanie, vers l'Occident, dans l'Asie mineure. *conc. Isauricnm*.

Italia, l'Italie, en Europe. *conc. Italicum* 1. conc.

Julibona, Lillebone, en Europe, en France, dans la Normandie. *conc. Julibonense*. 1. conc.

Junaria, ou *Funearia*, Junieres, en Europe, en France, en Languedoc. *conc Juniariente*. 1. conc.

K

Karrofense Concilium De Charroux, en Europe, en France, en Poitou. concile. 1.

Kentifa, en Europe, en Angleterre, en Irlande. *conc. Kentisanum*.

Kingesburi, Kingesburi, en Europe, en

DE VERO USU CONCIL. 105

Anglettere. conc. Kingnes-burianum. 1. conc.
Kingston, vel Kingstonum, en Europe, en
Angleterre, dans le Comté de Suri. conc.
Kingstonense. 1. conc.

Kirlington, vel Kirlingtonum, Kirlington,
dans l'ancien Royaume des Anglois Ori-
taux, en Europe. conc. Kirlingtonense. 1.
conc.

L

Lambethéem. Lambeth, en Europe, en An-
gleterre, Concilium Lambethense conciles. 4.

Labesa, vel Lambesa, Labese, ou Lambe-
se, en Afrique, en Numidie. conc. Lambesa-
num. 1. conc.

Lampsacus, Lampsico, en Asie, dans l'E-
lespont. concil. Lampsacenum. 1. conc. 1. con-
ciliab.

Lancicia, Lencici, ou Lencicie, en Eu-
rope, dans la grande Pologne. conc Lanci-
ciease. 5. conc.

Landavia, Landaf, en Europe, en An-
gleterre, dans le pays des Galles. conc. Lan-
davicense 14. conc.

Langia Langascho, ou Langez, en Europe,
dans la Ligurie proche de Genes concilium Lan-
gesiense Concile. 1.

Laodicea, Laodicée, en Asie. conc. Laodi-
cenum. 1. conc.

Lateranum, St. Jean de Latran dans Rome,
en Europe, en Italie, conc. Lateranense. 5.
gener. 5. partic.

Latiniacum, Lagni, en Europe, en Fran-
ce, dans l'Isle de France. conc. Latiniacense.
1. conc.

Lavaura, vel *Vaurum*, Lavaur, en Europe, en France, en Languedoc. conc. *Vaurensé*. 2. conc.

Landa, vel *Laus Pompeia*, Lodi, en Europe, en Italie, en Lombardie. conc. *Laudense*. 1. con.

Laudunum, Laon, en Europe, en France, dans l'Isle de France. conc. *Laudunense*. 3. conc.

Lauriacum, Loroux en Anjou, en Europe, en France, conc. *Lauriacense*. 1. conc.

Lechlenia, Laghlin.

Legio, Leon, en Europe, en Espagne, dans le Royaume de Leon. conc. *Legionense*, vel *apud Legionem*. 2. conc.

Lemovicum, Limoges, en Europe, en France, en Limousin. conc. *Lemovicense*. 5. conc.

Leodium, Liege, en Europe, en Flandres. conc. *Leodiense* 2. conc,

Leonium, St. Polde Leon, en Europe, en France, en Normandie. conc. *Leonienne*.

Lepte, vel *Susa*, Souse, ou Monastere, en Afrique, dans la Numidie conc. *Lepense*.

Leptine, en Europe, en Flandres, concil. *Leptinense*. 2. conc.

Lexorii, Lizieux, en Europe, en France, en Normandie concil. *Lexoriense*. 1. conc.

Libya exterior, la Libie exterieure, en Afrique.

Lindecopa, vel *Lingacopa*, Lindeopen, en Europe, en Suede, dans l'Ostrogothie. conc. *Lindeopense*. 1. conc.

Lingones, vel *Lingonæ*, Langres, en Europe,

rope , en France , en Champagne. *conc. Ligonense.* 4. *conc.*

Lippia , Lipstat , ou Lippe , en Europe , en Allemagne , dans la Vestphalie. *conc. Lippiense.* 2. *conc.*

Londinium , Londres , en Europe , en Angleterre. *concil. Londiniense* 37. *conc.*

Lovicium , Louviez , en Europe , en Pologne , dans le Palatinat de Rava. *conc. Loviciense.*

Luca , Lucques , en Europe , en Italie ; dans la Republique de Lucques. *conc. Lucanus* , *vel Lucense.* 2. *con.*

Lucus , Lugo , en Europe , en Espagne , dans le Royaume de Galice *conc. Lucense.*

Lugdunum , Lion , en Europe , en France , dans le Lionois. *conc. Lugdunense.* 2. *gener.* 15. *patic.*

Lumbaria , Lombez , en Europe , en France , en Gascoigne , *concil. Lumbariensis.* 1. *conc.*

M

Macedonia , la Macedoine , autrefois Royaume *concil. Macedonicum.* 1. *conc.*

Sancta Macra. Fines , en Europe , en France en Champagne *Concilium apud S. Macram.* Concile 1.

Macerata , Macerata , en Europe , en Italie , dans la marche d'Ancone , *conc. Maceratanum.*

Maclovium , St. Malo , en Europe en Normandie. *conc Maclovicense.*

Maguelona , Maguelone , en Europe , *ibidem. VIII.*

France , dans le Languedoc. conc. *Magnolienje*. 1. conc.

Magdunum , Meun , près d'Orleans , en Europe , en France , dans l'Orleanois. conc. *Magnolienje*. 1. conc.

Maldui , vel *Malmesburia* , Malmesburī , en Europe , en Angleterre , dans le Comté de Valton. conc. *Malmesburienje*.

Manfredonia , Manfredonia , en Europe , en Italie , dans le Royaume de Naples , dans la Pouille. conc. *Manfredoniense* , vel *Sipontanum*.

Mantala , vel *Mantalum* , Mantale , ou Chateauneuf de Galaure. conc. *Mantalenje*. 1. conc.

Mantua , Mantoüe , en Europe , en Italie , dans la Lombardie. conc. *Mantuanum*. 3. conc.

Marazana , Marazane , en Afrique , dans la Bisacene. conc. *Marazanense*.

Marciacum . Marciac , en Europe , en Franche , en Gascogne , en Armagnac concilium *Marcincense* concile. 1.

Mareotis , en Afrique , dans l'Egypce. conc. *Mareoticum*. 1. conciliab.

Marsicum , Marsico , en Europe , en Italie , dans la Basilicate. conc. apud *Marsicum*.

Massa , Massa , en Europe , en Italie , dans la Duché de Toscane. conc. *Massanum*.

Masico , Mascon , en Europe , en France , en Bourgogne. conc. *Masiconense*. 3. conc.

Mauritania , la Mauritanie , en Afrique conc. *Mauritanienje* 1. conc.

Mechlinia , Malines , en Europe , en Flandres , dans le Brabant. conc. *Mechlinienje* 2. conc.

Mediolanum, Milan, en Europe, en Italie, dans le Milanois. *conc.* *Mediolanense*. 15. *conc.* 1. *conciliab.*

Meldæ, Meaux, en Europe, en France, dans la Brie. *conc.* *Meldense*. 7. *conc.*

Melfi, Melfi, en Europe, en Italie, dans le Royaume de Naples, dans la Basilicate. *conc.* *Melphitanum*. 1. *conc.*

Mertonum Merston, en Europe, en Angleterre. *Concilium Mertonense* ... Concile. 1.

Millifons, en Europe, en Irlande *conc.* *opud milli Fontem.*

Melodunum Melun, en Europe, en France, dans l'Orleanois. *conc.* *Meloduntense*. 4. *conc.*

Marcia, Mercie, autrefois Royaume, en Europe, en Angleterre. *conc.* *Marcianum*. 2. *conc.*

Mersburgum, Mersbourg, en Europe, en Allemagne, dans la Turinge. *conc.* *Mersburgense*.

Metis, Mets, en Europe, en France, en Lorraine. *conc.* *Metense*. 8. *conc.*

Milevi, *vel Mileum*, Mela en Afrique dans la Numidie. *conc.* *Milevitanum*. 2. *conc.*

Moguntiacum, Majence, en Europe, en Allemagne, dans l'Electorat de Mayence. *conc.* *Moguntinum*. 21. *conc.* 1. *conciliab.*

Mons-Faliscus, Monte-Fiascone, en Europe, en Italie. *conc.* *ad Montem Faliscum*.

Monspessulum, Montpellier, en Europe, en France, en Languedoc. *conc.* à *Monte-Pessulo*. 5. *conc.*

Mons-regalis, Montreal, en Europe, en Italie, en Sicile *con.* *Mons-regalis*.

110 MORALIS CHRISTIANA.

Montilia, Mons vel *Montilium*, Monteil en Europe, en France, en Provence. *Conc. Montilianum.*

Mopsuestia, Mopsuestie en Asie, dans la seconde Cilicie. *Conc. Mopsuestenm. 1. Conc.*

Mosomum, Mouzon en Europe, en France, en Champagne. *Conc. apud Mosomum. 2. Conc.*

Murritum, Moret en Europe, en France dans l'Orleanois, dans le Gatinois. *Conc. Murritense. 1. Conc.*

Mutina, Modenne en Europe, en Italie, dans la Lombardie, dans le Duché de Modene. *Conc. Mutinense. 1. Conc.*

N.

Nannetum, Nantes en Europe, en France, en Bretagne. *conc. Nannetenfse. 4. Conciles.*

Narbo, Narbonne en Europe, en France, en Languedoc. *conc. Narbonense. 20. Conc.*

Narnia, Narni en Europe, en Italie, dans l'Ombrie. *conc. Narniense.*

Neapolis, Naples en Europe, en Italie, dans le Royaume de Naples. *conc. Neapolitanum. 1. Concile.*

Neapolis, Naplouse en Asie, dans la Palestine. *conc. Napolitanum.*

Nebium, Nebio en Europe, en Italie, dans l'Isle de Corse. *conc. Nebiense.*

Nemausus, Nimes en Europe, en France, dans le Languedoc. *conc. Nemausense. 5. Conciles.*

Nemiptodurum, Nanterre en Europe, en France, dans l'Isle de France. *conc. Nemiptodorensse. 1. Conc.*

DE VERBO USU CONCILII III

Neo-Cæsarea, vel *Cæsarea ponti*, Neo-
cæsaree, en Asie, dans la Province du Pont.
conc. Neocæsariense. 1. Concile.

Neustria, la Normandie en Europe, en
France. *conc. Neustriacum* 1. Conc.

Nicæ, Nicée, dans l'Asie mineure, dans la
Bithynie. *conc. Nicænum.* 2. Gener. 1. Par-
ticul.

Nicia, vel *nissa*, Nice, en Asie, dans la
Cappadoce. *concil. Nyssenum.* 1. Conciliab.

Nidda, Nid, Rivière, dans l'Archevêché
d'York en Angleterre. *conc. Niddense.* 1. Con.

Nivernum, Nevers en Europe, en France,
dans l'Orléanais, dans le Nivernois. *conc.*
vivernense 1. Conc.

Nigella, Nelle en Europe, en France, en
Picardie. *Concilium Nigellense.* Concile 1.

Nola, Nola ou Nole en Europe, en Italie,
dans la Campanie. *conc. Nolanum.*

Noriberga, Nuremberg en Europe, en Al-
lemagne. *conc. Noriberganum.*

Northantonum, Northampton, ou Northan,
en Europe, en Angleterre, dans la Province
de Cantorberi *conc. Noribantienense.* 4. Conc.
1. Conciliabule.

Novaria, Novarre en Europe, en Italie,
dans le Milanois. *conc. Novariense.*

Northusia, Northusia en Europe, en Alle-
magne. *conc. Northuganum.*

Noviodunum, vel *Novionum*, Noyon en
Europe en France, dans l'île de France.
conc. Noviodunense, vel *Novionense.* 4. Con-
ciles.

Novus-mercatus, Neumarché en Europe,
en France, en Normandie. *conc. aend novum*
Mercatum. 1. Conc,

112 MORALIS CHRISTIANA.

Nuceria, Nocera en Europe, en Italie; Royaume de Naples. conc. *Nucerianum*.

Nugariolum, Nogarot, en Europe, en France, en Guienne. conc. *Nugariotense*. 3. Conciles.

Numidia, la Numidie en Afrique. conc. *Numidianum*. 2. Conciles. 1. Conciliabule.

O

Osea, Huesca en Europe, en Espagne, dans l'Aragon. conc. *Oscense*. 1. Concile.

Osnabrugum, Osnabrug en Europe, en Allemagne. conc. *Osnabrugense*.

Osrhoena, Osrhoene en Asie. conc. *Osrhoenum*. 1. Conc.

Ottonia, Ottensée en Europe, en Danemark dans l'Isle de Fuençon. conc. *Ottoniense*.

Ovetum, Oviedo en Europe, en Espagne, dans les Asturies. conc. *Ovetense*. 2. Conciles.

Oxonium, Oxford en Europe, en Angleterre, dans la Province de Cantorberi. concil. *Oxoniense*. 3. Conciles.

P.

Paderborna, Paderborne en Europe, en Allemagne, dans le Cercle de Vestphalie. conc. *Paderbornense*. 2. Conciles.

Palantia, Palanca en Europe, en Espagne, dans le Royaume de Leon. conc. *Palantinum*. 2. Conciles.

Palestina, Palestine, Terre-Sainte en Asie. conc. *Palestinum*. 2. Conciles.

Pampelona, Pampelune en Europe, en Es-

DE VERO USU CONCILII 13
pâgne , dans la Navarre. conc. Pampelonense.

2. Conciles.

Panormus , Palerme en Europe , en Italie ,
dans la Sicile. conc. Panormitanum.

Papia , vel Regia - Ticina , Pavie en Eu-
rope , en Italie. conc. Papianum. 2. Conci-
liabules.

Parisi , Paris en Europe , en France , dans
l'île de France. conc. Parisiense. 47. Conc. I.
Conciliab.

Parma , Parme , Duché en Europe , en Ita-
lie , dans la Lombardie. conc. Parmense.

Patavium , Padoüe en Europe , en Italie ,
dans la marche de Trevise. conc. Patavinum.

I. Conc.

Pennafiel , Pennafiel en Europe en Espa-
gne , dans la vieille Castille. conc. Pennafie-
lense. I. Conc.

Penna Sti. Joannis , Civitas di Penna en Eu-
rope , en Italie , Royaume de Naples. conc.
ad Pennam Sti. Joannis.

Persiniacum , Pergignan en Europe , en Frap-
pe , dans le Roussillon. conc. Perpinianense.

I. Conc.

Periba , vel sanum Sti. Joannis , S. Iolm-stoum
en Europe , en Ecosse , dans la Province de
Perth. conc. Perthense.

Pergamus , Pergame en Mysie , dans l'Asie
Mineure , consilium Pergamense. Concile. I.

Perusia , Perugia ou Perouse en Europe ,
en Italie , dans la Toscane. conc. Perusinum.

Petricovia , Petrickou en Europe , dans la
basse Pologne , dans le Palatinat de Siradi.
conc. Petricoviense.

Pharus en Europe , en Angleterre. conc. Phaz

114 MORALIS CHRISTIANA
rense. 1. Conc.

Pictavium, Poitiers en Europe, en France, dans le Poitou. conc. *Pictaviense*. 11. Conciles.

Pisa, Pise en Europe, en Italie, dans la Toscane. conc. *Pisanum*. 2. Conc. 1. Conciliabule.

Pissiacum, Poissi en Europe, en France, dans l'Isle de France. conc. *Pissiacense*. 2. Conc.

Pista, Pont St. Pierre, ou Pistres en Europe, en France, en Normandie. conc. *Pistense*. 2. Conc.

Pistoria, Pistoye en Europe, en Italie, dans la Toscane. conc. *Pistoriense*.

Placentia, Plaisance, Duché en Europe, en Italie. concil. *Placentinum*. 2. Concil.

Podium, le Puy en Vellai, en Europe, en France, en Languedoc, dans le Vellai. conc. *Aniciense*.

Policastrum, Policastre en Europe, en Italie, dans le Royaume de Naples. conc. *Policastrense*.

Pontes, Pons en Saintonge, en Europe, en France. conc. apud *Pontes in Sanionibus*. 1. Conc.

Pontigonum, Pongoïn en Europe, en France, en Champagne. conc. *Pontigonense*. 1. Concile.

Pontus, le Pont, en Asie. conc. *Pontichm*.

Populonium, Ville ruinée en Europe, en Italie, en Toscane. conc. *Populoniense*.

Posonium, Presbourg en Allemagne, en Hongrie. conc. *Posoniense*. 1. Conc.

Potentia, Potenza en Europe, en Italie,

DE VERO USU CONCIL. 115
dans le Royaume de Naples. conc. Poten-
tianum.

Praga, Prague en Europe, dans la Boheme.
conc. Pragense. 1. Conc.

Ptolemais, Ptolometa dans la Libie exte-
rieure. concil. Ptolomaidis. 1. Concil.

Ptolemais, St. Jean d'Acre, ou Ptolemaide
en Asie, dans la Syrie. conc. Ptolemaidis.

Pusa, Puse en Asie, conc. Pusanum. 1.
Conc.

Q.

Quintilianeburgum, Quedelembourg en Eu-
rope, en Allemagne, en Suabe. conc. Quin-
tilineburgense. 3. Concil.

R.

Radinga, Redding en Europe, en Angle-
terre. concil. Radingense. 2. Conc.

Ratisbona, Ratisbone en Europe, en Alle-
magne, dans la basse Baviere. conc. Ratispo-
nense. 2. Conc.

Rhemis, Rheims en Europe, en France, en
Champagne. conc. Rhemense 2. Concil. 1.
Conciliab.

Ravenna, Ravenne en Europe, en Italie,
dans la Romagne. conc. Ravennatense, vel
Ravennense. 18. Conc. 1. Conciliab.

Reate, Rieti en Europe, en Italie, en Ombrie.
conc. à Reate. 1. Conc.

Redones, Rennes en Europe, en France, en
Bretagne. conc. Redonense. 1. Conc.

Regia-ticina, vel tycinum idem ac Papia.
conc. Regiatricinense. 1. Conc.

Regium, Riez en Europe, en France, en Provence. conc. *Rejense*, vel *Regiense*.
1. Conc.

Ripulum, Ripoüil en Europe, en Espagne, dans la Catalogne. conc. *Ripuliense*.

Roma, Rome en Europe, en Italie. conc. *Romanum*. 138. Conc. 4. Conciliab.

Rhotomagus, Roüen, en Europe, en France, en Normandie. conc. *Rhotomagense*. 12. Conciles.

Ruffiacum, Ruffec en Europe, en France, dans le Poitou. conc. *Ruffiacense*. 2. Conc.

Rutheni, Rodez en Europe, en France, en Guienne, dans le Rouergue. conc. *Ruthenense*.

Rosa, Rochester en Europe, en Angleterre, conc. *Rosense*. 2. Conc.

S.

Sagium, Seez en Europe, en France, en Normandie. conc. *Sagiense*.

Salegunstad, vel *Salegunstadium*, Salegunstar en Europe, en Allemagne. conc. *Salegunstadiense*. 1. Conc.

Salernum, Salerne en Europe, en Italie, dans le Royaume de Naples, dans la Campanie. conc. *Salernitanum*,

Salzburgum vel, *Salisburyum*, Salbourg en Europe, en Allemagne. conc. *Salzburgense*. 7. Conc.

Salmurium, Saumur en Europe, en France, dans l'Anjou. conc. *Salmuriense*. 4. Conc.

S. Aegidius St. Gilles en Europe, en France, en Languedoc. conc. *apud Sanctum Aegidium*.

S. Agatha, Goth en Europe, en Italie,
Royaume de Naples conc. Agathense.

S. Basolus, St. Basle, prez Reims en Europe,
en France, en Champagne. conc. apud Sanctum Basolum.

S. Dionisi Fanum, St. Denis en Europe,
en France, dans l'Isle de France. conc. apud Sanctum Dionisium. 2. Conc.

S. Genesius, St. Genes, près de Lucques en
Europe, en Italie, dans le Duché de Tosca-
ne. conc. apud Sanctum Genesium.

S. Joannes Rupensis, St. Jean de la Penna,
en Europe, en Espagne, en Aragon. conc. apud Sanctum Joannem Rupensem.

S. Macra, vel Maxientopolis Pont St. Ma-
xence, ou St. Maixent en Europe, en Fran-
ce, en Guienne, dans le Poitev. conc. apud Sanctum Maxentium.

Sti. Quintini Fanum, St. Quentin en Eu-
rope, en France, dans la Picardie. conc. apud Sanctum Quintinum 6. Conciles.

S. Theodoricus, St. Thierri près de Reims
en Europe, en France, en Champagne. conc.
apud Sanctum Theodoricum. 1. Conc.

Santonum, Saintes en Europe, en France,
dans la Saintonge. conc. Santonense. 9. Conc.

Sardica, Ville ruinée. conc. Sardicense. 1.
Conc. General. 1. Conciliab.

Sarsina, Sarsina en Europe, en Italie, dans
la Romagne. conc. Sarfinanense.

Sauriacum, Crespi en Valois, en Europe,
en France. conc. Sauriacense. 1. Conc.

Schriming, vel Scheningia, Skeninge en Eu-
rope, en Suede, dans l'Östrogothie. conc.
Scheningiense. 1. Conc.

Scotia, l'Ecosse en Europe, en Angleterre.
conc. *Scoticum*. 2. Conc.

Sedunium, Sion en Europe, en France,
dans le Païs de Valais. concil. *Sedunense*. 1.
Concile.

Selencia Isauriae, Selechia en Asie, dans
la partie nommée Isaurie. conc. *Seleuciense*. 1.
Conc.

Sena, Siene en Europe, en Italie, en Tos-
cane, conc. *Senense*. 1. Conc.

Senogallia, Senigaglia en Europe, en Ita-
lie, dans le Duché d'Urbin. conc. *Senogallia*.

Senones, Sens en Europe, en France, en
Champagne. conc. *Senense*. 20. Conc.

Septimunicia, Septimunique en Afrique,
dans la Bisacene. conc. *Septimunicense*,

Sicilia, la Sicile en Europe, conc. *Siculum*.
1. Conc.

Sida Candelora, Side en Asie, dans la Pam-
philie. conc. *Sidense*. 1. Conc.

Sidon, Sidon en Asie, dans la Syrie. conc.
Sidonicum. 1. Concilab.

Silvanectes, Senlis en Europe, en France,
dans l'Isle de France. conc. *Silvanectense*. 7.
Conc.

Singidinum, Zenderin, en Europe, dans la
Pologne, dans la Rescie. conc. *Singidunense*.
1. Conciliabule.

Sinuessa, S. M. Mondragone en Europe,
en Italie, dans le Royaume de Naples, dans
la Terre de Labour. conc. *Sinuessianum*. 1. Dou-
teux.

Sipontum, Siponte en Europe, en Italie,
près du Mont St. Ange. conc. *Sipontinum*. 1.
Conc.

Sirmium

Sirmium, Sirmich en Europe, dans l'Illyrie.
concil. Sirmianum. 2. Concil.

Sora, Sora en Europe, en Italie, dans la Campanie. *concil. Soranum.*

Spernacum, Spernai en Europe, en France, dans la Brie Champenoise. *conc. Spernacense.*
1. Conc.

Spoletum, Spolete, Duché en Europe, en Italie, en Ombrie. *concil. Spoletanum.* 1. Concile.

Stampæ, Estampes en Europe, en France, dans le Gatinois. *conc. Stampense.* 5. Conc.

Suana, Soâna en Europe, en Italie, en Toscane. *conc. Suanense.*

Suecia, la Suede. *conc. Suecianum.*

Suessio, Soissons en Europe, en France, en Champagne. *concil. Suescionense.* 15. Conc.

Suffetula, Suffetula en Afrique, dans la Bisacene. *conc. Suffetulense.*

Sutrium, Sutri en Europe, en Italie, en Toscane. *conc. Surrinum.* 1. Conc.

Synnada, Synada en Asie : dans la Phrigie. *conc. Synnadense.*

Syria, la Syrie ; en Asie. *conc. Syriacum.* 2. Conc.

T.

Tarraco, Tarragone en Europe, en Espagne, en Catalogne. *conc. Taraconense.* 5. Conc.

Taurica - Chersonesus, la Gazarie, dans l'Asie, près du pont Euxin. *conc. ad Tauricam-Chersonesum.*

Taurinum, Turin en Europe, en Italie, en Piemont. *conc. Taurinense.* 1. Conc.

Telepte, Telepte, dans l'Afrique, dans la Tom. VIII.

L

Province de Bizacene. conc. Teleptense. 4.

Concil.

Telg, Telg en Europe, en Suede. concil.
Telgacense.

Theonisvilla, Thionville en Flandres, dans
le Luxembourg. concil. in *Theonisvillâ*.

Theonæ, Thenes dans l'Afrique, dans la Bi-
zacene. conc. *Thenitanum*.

Thisdrus, Cairoan dans l'Afrique, dans la
Byzacene. concil. *Thisdrunense*.

Thracia, la Thrace ou Romanie. conc.
Thracianum.

Tibur, Tivoli en Europe, en Italie, dans
la Champagne de Rome. conc. *Tiburtinum*.

Toletum, Tolede en Europe, en Espagne,
dans la Castille nouvelle. conc. *Toletanum*.

28. Conc.

Tolosa, Toulouse en Europe, en France,
en Languedoc. conc. *Tolosanum*. 17. Conc.

Torcellum, Torcello en Europe, en Italie,
dans l'Etat de Venise. conc. *Torcellense*.

Tornacum, Tournai en Europe, en Flandres.
concil. *Tornacense*.

Traiectum, Utrecht, le même que celuy de
Liege.

Tranum, Trani en Europe, en Italie, dans
le Royaume de Naples, dans la Terre de Bari.
Conc. *Tranense*.

Trecæ, Troyes en Europe, en France, en
Champagne. concil. *Trecense*, vel *Tricassimum*.

3. Conc.

Tremonia, Dortmund en Europe, en Alle-
magne, dans le Comté de la Mark. Conc. *Tre-
moniense*. 1. Conc.

Trenoribia, Tornus en Europe, en France,

DE VERO USU CONCILIOR. 121
en Bourgogne. Conc. Trenorchianum. 3. Conciles.

Treveri, Treves en Europe, en Allemagne, dans l'Electorat de Treves. Conc. Trevirense. 6. Conciles.

Triburia, Tribut, en Allemagne, dans l'Evêché de Mayence. Conc. Triburiense. 4. conc.

Tridentum, Trente, en Europe, en Italie, dans le Marché de Trevise. Conc. Tridentinum. 1. general.

Troia, Troye, en Europe, en Italie, dans la Capitanate. Conc. Trojanum. 3. conc.

Troslejum, Trost, en Europe, en France, en Champagne. Conc. Troslejanum. 4. concil.

Tullum, Toul, en Europe, en Lorraine. Tullense. 1. conc.

Turiaso, Taïacona, en Europe, en Espagne, dans l'Aragon. Turiasonense. 1. conc.

Turonum, Teurs, en Europe, en France, dans l'Orleanois, en Touraine. Conc. Turonense. 15. conc.

Tussiacum, Toussi, en Europe, en Lorraine, dans la Terre de Touïl. Conc. ad Tussiacum.

Tyana, Tyagna, en Asie, dans la seconde Cappadoce. Conc. Tyanense. 1. concil.

Tyrus, Tyr, ou Sur, en Asie, dans la Phénicie mineure. Conc. Tyrium... 3. concil.

V.

Vagai, vel *Bagai*, en Afrique, dans la Nubie midie. Conc. Bagajense. conciliabule. 1.

Valentia, Valença, en Europe, en Espagne, dans le Royaume de Valence. *Conc. Valentiniū Hispaniæ. conc. 1.*

Valentia, Valence, en Europe, en France, en Dauphiné. *Conc. Valentiniū conc. 7.*

Valentinianæ, Valenciennes, en Europe, en Flandres. *Conc. Valentinianense. conc. 1.*

Vallis Guidonis, Laval, en Europe, en France, dans l'Orléanois, dans le Maine. *Conc. ad Vallēm Guidonis. conc. 1.*

Vallidoleti, Valladolid, en Europe, en Espagne. *Conc. Vallidoleianum. 1. conc.*

Vasio, Vaïson, en Europe, en France, dans le Comté Venaissin. *Conc. Vasionense, ou Vasense. conc. 2.* Quelques-uns disent *Bazatense*, Bazas, en Gascogne.

Vestia, Uzés, en Europe, en France, en Languedoc, *Conc. Vestianum.*

Vencium, Vence, en Europe, en France, en Provence. *Conc. Venciense.*

Venetia, Vennes, en Europe, en France, en Bretagne. *Conc. Veneticum in Armorica.*

Veneitiae, Venise, République, en Europe, en Italie. *Conc. Venetum. conc. 2.*

Venusia, Venosa, en Europe, en Italie, Royaume de Naples. *Concil. Venusianum.*

Vertelle, Vercceil, en Europe, en Italie, dans le Piémont. *Conc. Vercellense. conc. 1.*

Vermerie, Verberies, en Europe, en France, en Champagne. *Conc. Vermeriense. conciles 4.*

Vernum, Verneuil, en Europe, en France, dans l'Île de France. *Conc. Vernense. conc. 1.*

Verolamium, Saint Albans, en Europe, en

Angleterre , dans la Comté d'Harford , *Conc. Verolamiense.* conc. 3.

Verona , Veronne , en Europe , en Italie , dans la Marche de Trevise. *Conc. Veronense.* conc. 1.

Vicus , Vich , en Europe , en Espagne , dans la Catalogne. *Conc. Vicum.*

Vienna , Vienne , en Europe , en France , en Dauphiné , *Conc. Viennense* , conc. general. 1. conc. particuliers 7.

Vienna , Vienne , en Europe , en Allemagne. *Conc. Viennense in Austria.* conc. 1.

Vigornia , Vorchester , Comté , en Europe , en Angleterre. *Conc. Vigorniense.*

Villa - Regia , en Europe , en France , en Bourgogne. *Conc. apnd Villam - Regiam.* conc. 1.

Vincentia , Vicenza , en Europe , en Italie , dans l'Etat de Venise. *Conc. Vincentianum.*

Vintonium , Vincheter , en Europe , à l'Ouest d'Angleterre. *Conc. Vintoniense.*

Virodunum , Verdun , en Europe , en France , en Lorraine. *Conc. Virodunense.* conc. 1.

Viterbum , Viterbe , en Europe , en Italie , dans le Patrimoine de S. Pierre. *Conc. Viterbiense.*

Vezeliacum , Vezelai , en Europe , en France , en Bourgogne. *Conc. Vezeliacense.* concile 1.

Uniejovia , vel *Vinjejovia* , Vinjejovie , en Europe , dans la grande Pologne , dans le Palatinat de Lencicie. *Conc. Uniejoverse.*

Volaterræ , Volaterra , en Europe , en Italie , en Toscane. *Conc. Volaterranum.*

Vormatia , Vormes , en Europe , en Allemagne , en *Vestphalie*. *Conc. Vormaticeps.*

conciles 13. & un conciliabule.

Vrastilavia, Breslau, en Europe, en Pologne, dans la Silesie. Conc. *Vratislaviense*.
conc. 2.

Urbinum, Urbin, en Europe, en Italie, dans l'Ombrie. Concil. *Urbinatense*.

Urgela, Urgel en Europe, en Espagne, en Catalogne. Conc. *Urgelianum*.

VWestminster, vel *west Monasterium*, West-Minster, Abbaye en Europe, en Angleterre, dans le Comté de Diddelsea. Conc. *Vestmonasteriense*. Conciles 6.

Z.

Zellata en Afrique, dans la Mauritanie.
Conc. *Zellajense*.

CAPUT SECUNDUM.

*In quo proponitur Synopsis historica omnium
Conciliarum Generalium, & particularium.*

PROÆMIUM.

IN hoc capite recensebimus omnia Concilia tam generalia, quam particularia. Circa quodlibet Concilium quinque dicemus. Primo locum, in quo habitum est. Secundo tempus, quo celebratum est. Tertio motivum, propter quod convocatum est. Quartò quot Patres interfuerint huic Coneilio. Quinto quot Canones in eo fuerint editi. Quibus

DE VERO USU C O N S I L . 129
enumeratis plena habebitur cujuscumque Con-
ciliī notitia.

Cæterū locum tantū nominabimus ;
quia in articulo Geographico sufficienter
descriptus est. Solūm numerum Canonum
referemus ; quia in Synopsi dogmatica capite
proximē sequenti omnes Canones , non qui-
dem quoad verba , sed quoad sensum sumus,
allaturi.

A R T I C U L U S P R I M U S .

De Conciliis SÆCULO PRIMO babilis.

HI E R O S O L I M I T A N U M I . Sub
Petro anno 34. De electione Mathiæ.
Interfuere undecim Apostoli , & turba homi-
num ferè centum viginti. Act. 1. v. 15.

Hierosolitanum II. Sub Petro 34. De
electione Diaconorum , qui ministrarent men-
sis , & pauperibus invigilarent , & ex æquo
Eleemolynas distribuerent. Act. 6. Interfuere
duodecim Apostoli.

Hierosolitanum III. Sub Petro an. 49.
Contra eos , qui volebant Christianos ad legem
Mosaicam observandam teneri. Tria consti-
tuuntur , 10. Non inquietari eos , qui ex gen-
tibus convertuntur ad Deum. 2°. Abstinendum
esse ab immolatis simulacrorum , & sanguine,
& suffocatis , & fornicatione. 3°. Mittendos
esse Antiochiam duos Apostolos Paulum , &
Barnabam , & Discipulos duos Barsabam , &
Sylam. Act. 15. Incertum an omnes Apostoli
interfuerint.

Hierosolitanum IV. Sub Petro an. 56.

in quo determinatum est Judæos non damnandos , etiamsi legem Mosaïcam observarent , modò in ea observatione spem salutis non ponerent. Act. 21. Quot Apostoli interfuerint incertum est.

Antiochenum. Sub Petro. an. 37. Cujus Canones dicuntur reperti in Bibliotheca Origenis , sed Concilium illud ut Apocriphum habetur à doctioribus.

ARTICULUS II.

De Conciliis SÆCULO SECUNDO habitis.

Siculum sub Alexandro Papa an. 125. Contra Heracleonem Valentini Discipulum , qui docebat hominem baptizatum peccare non posse. Alexander Papa monitus Sabinianum Presbyterum mittit , qui cum Episcopis damnat Heracleonem Incertus est numerus Episcoporum hujus Concilii.

Romanum sub Telephoro Papa 152. Contra Theodotum Coriarium Bysancenum , qui cum in persecutione sacrificasset , ut crimen illud excusaret , dixit ; ego Deum non negavi , sed nudum hominem Christum. Damnatus est à duodecim Episcopis. Hoc Concil. Fuit dispositio ad Nicenum contra Arium.

Pergamense Sub Hyginio Papa anno. 152. Contra Colorbasianam hæresim , quâ afflerebatur vitam omnem hominum in septem stellis esse positam , & has esse septem Ecclesiæ , & septem candelabra aurea. Sanctus Theodosius pergamensis Episcopus cum septem aliis Episcopis hanc hæresim damnavit,

Orientalis sub Pio I. Papa an. 160. Contra Cerdonem duos Deos admittentem, alterum causam boni, alterum causam mali. Sanctus Apollonius Corinthiorum Episcopus hunc errorem damnavit. Incertus est numerus Episcoporum hujus Concilii. Fuit dispositio ad Nicenum contra Manichaeos.

Romanum sub Aniceto an. 165. Contra Iudaicum Christianorum quorundam morem, quo Pascha die 14. Lunæ primi mensis celebrabant, & die Dominica post 14. diem Lunæ primi mensis Pascha celebrandum esse indicitur. Polycarpus Smyrnæ Episcopus huic Concilio interfuit, & decem alii Episcopi. Fuit dispositio ad Nicenum contra quartadecimanos.

Hierapolitanum sub Sotero Papa an. 173. Contra Montanum, & Maximillam, & Theodotum Coriarium Christum purum hominum dicentes. Apollinaris Hierapoleos Episcopus cum 26. Episcopis hunc errorem damnavit. Montanus & Maximilla laqueo se suspenderunt obfessi à Dæmone. Fuit dispositio ad Nicenum contra Arium.

Gallicum, seu Lugdunense, sub victore Papa 197. In quo Irenæus monet victorem, ne propter observatum cum aliquo discrimine Pascha integras Ecclesias à Romana Communione absindat; & quod jejuniorum diversitatem non prohibeat. Præter Irenæum 13. interfuere Episcopi huic Concilio. Fuit dispositio ad Nicenum contra quartadecimanos.

Romanum sub Victore Papa an. 198. De Paschate celebrando die Dominico occurrente post 14. diem Lunæ primi mensis. Idem quod prius.

Palestinianum, seu Cæsaricense anno 198. In quo

idem determinatur de Paschate quod in Concilio Romano. Interfuere huic Concilio 16. Episcopi. *Idem quod prius.*

Ostroenum sub Victore Papa anno 198. In quo de Paschate idem determinatur, quod in superiori Concilio. 17. Episcopi huic Concilio interfuerunt. *Idem quod prius.*

Conciliabulum *Ephesinum* tempore Victoris Papæ anno 197. in quo Polycrates cum quibusdam aliis Episcopis Asiaticis constituit Pascha celebrandum esse die 14. Lunæ primi mensis etiamsi in Dominicum diem non incidet. Victor accepta eorum Epistola excommunicationis sententiam minitatus est. *Fuit occasio ad Nicænum.*

Non - nulla alia occurunt Concilia circa festum Paschæ, sed idem omnino determinant, quod Romæ determinatum fuerat.

Lugdunense sub quo Papa, & quo anno habitum sit, incertum est. Irenæus Marcioni, & aliis hereticis resistendum esse constituit.

ARTICULUS III.

De Conciliis SÆCULO TERTIO habitis.

Conciliabulum *Africanum* tempore Zephirini an. 217. In quo determinatum est Baptizatos à quibuscumque hereticis rebaptizandos esse. Incertus est numerus Episcoporum hujus Conciliabuli. Cyprianus ei subscripsit. *Fuit occasio ad Nicænum, in quo damnati sunt rebaptizantes.*

Alexandrinum sub Urbano Papâ anno 230. In quo Origenes Ordinatus Presbiter inscio

DE VERO USU CONCIL. 129
proprio Episcopo Sacerdotio privatur eo quod
se olim abscondisset. Fuit occasio ad Canonem
Nicæni.

Alexandrinum Sub Pontiano Papâ anno
235' in quo Ammonius lapsus in errorem qui
ignoratur , ad veritatem revocatur. Huic
Concilio 20. Episcopi interfuerunt , inter quos
Ammonius recensetur.

Labesianum Sub Fabiano Papa 242. contra
Privatum , quem Hæreticum veterem vocat
Cyprianus. Hujus errores ignorantur. Mar-
cionita forte fuit , cuius errores jam Africam
pervaserant. Damnatus est à 90. Episcopis.

Asiaticum sub - Fabiano Papa. ann. 245.
contra Noetum , qui se Fratrem Moysis stulte
dicebat. Hujus error erat, quod patrem passum
diceret. *Unum , inquietabat , Deum veneror , unum novi , nec præter ipsum alterum natum , passum , mortuum.* Unde negabat Christum
esse Deum , & patrem passum tuebatur. Dam-
natus est in hoc concilio. Ignoratur numerus
Episcoporum hujus concilii. Fuit dispositio
ad Nicænum , in quo damnatus est Sabellius.

Arabicum sub Fabiano Papa ann. 247. in
quo damnantur Hæretici afferentes animas
hominum esse mortales , quos Origenes ora-
tionis vi & impetu ad sanam fidem & rectam
doctrinam perduxit , inquit Eusebius lib. 6.
C. 31. quatuordecim Episcopi huic concilio
interfuerunt , inter quos præsidebat Origenes
non dignitate , sed doctrinâ.

Bostrum , seu Arabicum sub Fabiano. 247.
in quo Berillus Bostræ Episcopus in Theodotî
Coriarii errorem prolapsus Origenis cohorta-
tione ad fidem revertitur. Ignoratur nume-
rus Episcoporum.

Romanum Sede vacante ann. 253. in quo determinatur libellaticos resipiscentes recipiendos esse, impoenitentes non esse admittendos: pulsent fores, sed non confringant, inquiunt Patres Concilii, lapsi agant delitti pœnitentiam, & lapsus sui probent dolorem, Cyprianus Epistola 30. huic Concilio creduntur interfuisse Episcopi è vicino & è longinquo rogati à Clero Romano. Fuit dispositio ad Nicænum, in quo determinatus fuit modus recipiendi ad pœnitentiam.

Carthaginense sub Cornelio Papâ an. 253. in quo determinatur lapsos post decursum tempus pœnitentiae impositæ ad communionem recipiendos; recipiebantur, ne in totum spes communicationis & pacis denegaretur, ne plus desperatione deficerent. Exigebatur pœnitentia, ne censura Evangelica solveretur. Cypria Epist. 50. Episcopi 42. interfuerunt. Fuit dispositio ad Nicænos Canones præscribenies tempus pœnitentiae.

Romanum sub Cornelio ann. 253. in quo idem determinatur, quod in Concilio Carthaginensi, verum additur Sacerdotibus lapsis deinde à Sacerdotali munere abstinendum, ita ut Laicâ communione contenti in Ecclesiâ communicent. Numerus Episcoporum hujus Concilii ignoratur: dispositio fuit ad Canones Nicænos circa pœnitentiam.

Romanum, vel Italicum sub Cornelio ann. 253. in quo teste Eusebio. lib. 6. c. 43, determinatur lapsos resipiscentes esse recipiendos ad pœnitentiam, quod negabat Novatianus, eosque non nisi pœnitentes esse admittendos, quod negabat Felicissimus. Episcopi huic Concilio

concilio interfuerunt. 60. totidemque presbiteri dispositio fuit ad Nicenos Canones circa paenitentiam.

Carthaginense II. Sub Cornelio anno. 253. in quo idem contra Novatianum & Felicissimum determinatur, quod Romæ fuerat determinatum. huic Concilio interfuerunt 39. Episcopā. **Idem quod prius.**

Antiochenum sub Cornelio anno. 253. in quo Fabius Antiochiae Episcopus, qui initio Novatiano faverat, monitus à Cornelio Concilium Congregat contra Novatianum. Mortuit tempore Concilii, succedit Demetrianus. Synodus persequitur, & Novatianum schismaticum declarat. Ignoratur certus numerus Episcoporum hujus Concilii. **Dispositio fuit ad Nicenum Concilium circa modum recipienda paenitentes.**

Africanum I. sub Stephano Papa anno 255. in quo Clerici inferiores contra Superiores protiveri deponuntur. Germinius Victor jam mortuus excommunicatus denuntiatur, eo quod vitâ decedens Fortunatum presbiterum tutorem filiorum suorum reliquisset, & Baptismum ante octavum dicem necessitate occurrente conferendum esse decernitur. Episcopi 66. huic Concilio interfuerunt. **Dispositio fuit ad Nicenos Canones circa subordinationem Clericorum inferiorum ad superiores.**

Africanum II. Sub Stephano Papa 256. In quo Basilides Legionensis Episcopus, & Martinus Asturicensis Episcopus libellatici, & ob eum lapsum depositi ab Hispaniae Episcopis, Sabino & Felice sufficiens in locum lapsorum, declarantur indigni Sede Episcopali, & Sabinus &

Felix confirmantur in Sede Episcopali, Numerus Episcoporum hujus Concilii ignoratur. Judicium hujus Concilii ab Ecclesiâ Romanâ approbatur. *Dispositio fuit ad Canones Nicænos circa pænitentiam.*

Conciliabulum Iconiense. Tempore Stephani. 256. In quo erronè determinatur Baptismum, Confirmationem, & ordinem reiterandum, si ab Hæreticis conferatur. Numerus Episcoporum hujus conciliabuli ignoratur.

Quatuor conciliabula Congregata sunt; unum nempe Sinnadæ in Asia, & triplex Carthaginæ, in quibus conciliabulis erronè definitur neminem baptisari posse extra Ecclesiam. Stephanus hæc conciliabula reprehobat, & emendat dicendo nihil innovandum esse. *Hæc conciliabula occasio fuerunt Nicæne determinationi contra rebaptisantes.*

Romanum I. Sub Stephano Papâ anno 257. In quo Stephanus cum dignioribus è clero erori rebaptisantium se opponit. Ejus hæc fuit definitio, juxta Cyprianum Epist. 79. *si quis à quâcumque heresi venerit ad nos, nihil innovetur, nisi quod traditum est, ut manus imponatur illi in pænitentiam.* *Dispositio fuit ad Nicenam Canonem contra rebaptisantes.*

Romanum II. Sub Stephano Papâ anno. 258. In quo Noetus & Sabellius divinas personas confundentes damnantur. Item & valentinus assertens corpus Christi cœlestis fuisse. Numerus Episcoporum hujus Concilii ignoratur. *Dispositio fuit ad Concilium Nicenum, in quo damnatur Sabellius.*

Romanum Sub Dionisio Papa anno 263. In quo Dionisius Alexandrinus accusatus,

quod scribens contra Sabellium errorem docuisset, Orthodoxus est declaratus. Ignoratur numerus Episcoporum hujus Concilii. *Dispositio fuit ad Nicenum Symbolum, in quo damnatur Sabellius.*

Alexandrinum sub Dionisio Papa (annus incertus est) contra Nepotianum Ægypti Episcopum, & Cerinthum, qui docebant regnum Christi in terrena Jerusalem mille annis duraturum, quique Sacrificia boum & ovium renovabant. Damnati sunt in hoc Concilio per Dionisium Alexandrinum Congregato. Ignoratur numerus Episcoporum hujus Concilii; Dispositio fuit ad Symbolum Constantinopolitanum, in quo dicitur: cuius regni non erit finis.

Antiochenum I. Sub Dionisio Papa 266. In quo damnatus est Paulus Samozatenus homo Lascivus, qui secum duas puellas circumducebat, homo superbus, qui suppressit cantica in honorem Christi, & quædam in sui honorem composta in Ecclesiâ Cantari voluit. Docebat Christum esse purum hominem, eumque ante Mariam non extitisse: mittitur Epistola ad ipsum Paulum Samozatenum, in qua sic interrogatur: volumus scire an eadem nobiscum sentias, & doceas. Errorem dolose texit. Dispositio fuit ad condemnationem Arii in Niceno pronuntiatam.

Antiochenum II. Sub Dionisio Papa anno 272. In quo Paulus Samozatenus in suos errores relapsus damnatur, & ab Episcopatu Antiocheno dejicitur, & in ejus locum Dominus Episcopus subrogatur, & ad Dionisium Papam patres scribunt, Christumque Deo pa-

134 MORALIS CHRISTIANA.
tri consubstantialem confitentur. 16. Episcopi
huic Concilio interfuerunt.

ARTICULUS IV.

De Conciliis quarto saecula habitis.

Conciliabulum cirtense sub Marcellino Pa-
pa, anno 303. in quo Episcopi, qui li-
bros resque sacras comburendas tradiderant
& ob id tradidores vocabantur, Paulum quen-
dam traditorem elegerunt. Episcopi hujus
Conciliabuli juxta Augustinum fuere paucis-
fimi. Dispositio fuit ad Concilia contra Dona-
tistas, & ista Concilia contra Donatistas sunt
dispositiones ad Concilium 8. generale contra
Photium.

Sinuessoanum Sub Marcellino Papa. anno
303. in quo Marcellinus in idolatriam lapsus,
sacro induitus, crimen confessus, veniam pe-
nitit; sed ei responsum est: *judica ipse causam
tuam, prima sedes à nemine judicatur.* Huic
Concilio dicuntur interfuisse 108. imo 300.
juxta alios Episcopi. Juxta doctiores Conci-
lium istud supposititium creditur.

Illyrianum Sub Marcello Papā anno
305. in quo multis ob persecutionem lapsis
in idolatriam determinatur, quæ pœnitentia
ipsis agenda foret. & editi sunt 81. Cano-
nes, vel forte ex variis locis collecti. Epis-
copi 19. huic Concilio interfuerunt, inter
quos Osius: *dispositio est ad Canones pœnitentia-
les in Niceno & alibi.*

Alexandrinum Sub Marcello Papā anno 306.
in quo Meletius Licopolis Episcopus convie-

tus idolis sacrificasse , & multa alia crimina
commisisse deponitur. Numerus hujus Concilii Episcoporum ignoratur. *Dispositio est ad Nicenos Canones circa lapsos*

Carthaginense Conciliabulum tempore Marcelli Papæ , anno 311. in quo Donatistæ receperunt tradidores in suam communionem , etiam si baptisari nollent. Episcopi 70. huic Concilio interfuerunt juxta Augustinum. Dispositio est ad 8. Synodum contra Photium.

Romanum Sub Melchiade Papâ anno 313. in quo Cecilianus Carthaginensis Episcopus vexatus à Donatistis, & accusatus coram Melchiade Papâ , Innocens declaratus est. 19. Episcopi huic Concilio adfuere.

Arelatense Sub Silvestro Papa anno 314. in quo Donatistæ iterum damnantur , & eduntur 25. Canones ad mores & disciplinam pertinentes. Episcopi 600. juxta Adonem , juxta annos 200. interfuerunt ideo à Sancto Augustino vocatur Concilium plenarium.

Anciranum Sub Silvestro anno 314. in quo finita persecutione Maximiani editi sunt Canones 25. circa mores & disciplinam , præcipue circa modum recipiendi poenitentes. 18. Episcopi huic Concilio subscripsérunt. Dispositio fuit ad Canones Nicenos circa lapsos.

Neocæsariense Sub Silvestro anno 314. in quo editi sunt Canones 14. circa mores & disciplinam. Episcopi 19. huic Concilio subscripsere.

Romanum I. Sub Silvestro anno 315. in quo adversus Judæos disputatum est. 75. Episcopi huic Concilio interfuerunt.

Alexandrinum I. Sub Silvestro anno 315. in M iij

quo Arius docens Filium Dei in tempore esse creaturam, damnatus est ab Alexandro Alexandria Episcopo. Huic Concilio interfuerunt 100. Episcopi Dispositio fuit ad Nicenam condemnationem contra Arium.

Alexandrinum II. Sub Silvestro Papa anno 319. in quo Ochos rebus Arianorum compositis, Meletianorum & Collutianorum schismati mederi tentavit. Meletius etiam excommunicatus Episcopos crebat. Collutus licet simplex Sacerdos ordinationes exercebat. Ignoratur numerus Episcoporum hujus Concilii. Dispositio fuit ad Nicenum in quo sicutum est illud schisma.

Laodicenum Sub Silvestro Papa & Constantino Imperatore anno 320. aut juxta alios 357. in quo collapsa praecedenti persecutione & Hæreticorum confusione Ecclesiastica disciplina restituitur per 60. Canones. 32. Episcopi huic Concilio subscripti erunt.

Nicenum I. Generale sub Silvestro Papa & Constantino Imperatore anno 325. in quo Arius docens verbum esse creaturam condemnatur. Sabelliani, Manichæi, quartodecimani & rebaptisantes condemnantur, & 20. Canones circa mores & disciplinam constituuntur. 318. Episcopi huic Concilio interfuerunt.

Romanum II. Sub Silvestro Papa & Constantino Imperatore anno 325. in quo recipitur & confirmatur Concilium Nicenum. Huic Concilio dicuntur interfuisse 265. Episcopi. Multi reputant istud Concilium supposititium. Executio fuit Concilii Niceni.

Gangrense Sub Silvestro Papa & Constantino Imperatore circa annum 325. in quo

Eustathius, qui nimis erga Monachismum studio affectus omnem aliam conditionem deprimebat, condemnatur, status Religiosus laudatur, ita tamen ut secularis non reprobetur. Editi sunt 20. Canones, & unus aditus est quasi priorum epilogus. Huic Concilio interfuerunt 16. Episcopi. *executio fuit concilii Nicenii.*

Conciliabulum Nicomediense tempore Silvestri Papæ & Constantini Imperatoris anno 328. in quo Eustathius Episcopus Antiochenus vir sanctissimus sine ullâ formâ juris in exilium mittitur, accusatus Sabellianismi, & libidinis cum puella. Huic conciliabulo interfuerunt 250. Episcopi omnes fere Arianî. *Id factum est in odium Concilii Nicenii, sed inservit ad ejus executionem.*

Conciliabulum Tyrium tempore Silvestri Papæ & Constantini Imperatoris anno 335. in quo Athanasius in locum Alexandri mortui suffec-
tus Arianæ haereseos hostis infensissimus accu-
satur. 1º. Repetundarum, 2º. Fœderis initi cum
hostibus, item fracti calicis, Arsenii necis,
impudicitiae cum mulieribus. Licet falsas esse
eas accusationes convinceret, tamen condem-
natus est ab Arianis Episcopis Catholicorum
numerum excedentibus. *Fuit in odium Con-
cilii Nicenii.*

Conciliabulum Hierosolimitanum tempore Silvestri Papæ & Constantini Imperatoris anno 335. in quo Arianî occasione Ecclesiæ dedicandæ, quam Constantinus Hierosolimis erigi jussérat Arii confessionem approbant, ad Ecclesiam Alexandrinam remittunt, &

Athanasiū damnant. 60. numerantur Episcopi Ariani: *Id fuit in odium Nicenæ fidei.*

Conciliabulum Constantinopolitanum tempore Marci Papæ & Constantini Imperatoris anno 336. in quo Marcellus fidei Nicenæ defensor acerrimus, ut seditiosus accusatur, & ut sectator Pauli Samosateni ab Episcopatu dejicitur, & Athanasius Treverim Constantini autoritate exul mittitur. Arius magno cum apparatu in Ecclesiam deducitur, sed Alvi exonerandæ necessitate compulsus, viscera effundens medius crepuit. Non alii Episcopi huic Concilio interfuerent quam Ariani, quorum numerus ignoratur. *Id factum est in odium Nicenæ fidei.*

Romanum I. Sub Julio Papâ & Constantino Imperatore. anno 337. in quo Julius Papa nuper electus duo præstítit, 1^o. Nicenam fidem recepit, 2^o. Confessionem Arii blasphemam declaravit, præcipue hanc propositionem *filium Dei, ex non extantibus esse, fuisseque aliquando, quando non erat, & pro libero arbitrio malitiæ ac virtutis capabilem eundem.* 116. Episcopi huic Concilio interfuerent. *Executio fuit Concilii Nicenæ. Supposititium*

Alexandrinum sub Julio Papa, Constantino, Constantio, & Constante Imperatoribus anno 339. Constantinus Imperator Athanasiū ex exilio reducere constituit, re infectā moritur, Constantini Filius Patris voluntatem exequititur, consentit Constantius licet Arianus; Athanasius Alexandrinæ sedi restituitur; ab Ariani accusatur 1^o. Quod contra Canones sit restitutus sine judicio Concilii 2^o. Quod subripuisset frumentum distribui solitum viduis

Libiæ Episcopi scribunt ad Papam, & Athanasii innocentiam probant. Numerus Episcoporum ignoratur. Fuit executio Concilii Nicenii.

Conciliabulum Antiochenum tempore Julii Papæ & Constantii & Constantis Imperatorum anno 341. in quo Athanasius urgente Constantio Imperatore Ariano ex Alexandrina sede depositus est, & Gregorius cappadox vir nequam in ejus locum sussextus est. Canones editi sunt 25. qui nihil habent, quod Catholicæ non admittant. 99. Episcopi omnes fere Ariani huic Concilio adsuerunt. Id factum est in odium fidei Nicenæ.

Romanum II. Sub Julio Papa Constantio & Constante Imperatoribus anno 341. in quo Athanasius interfuit, ut causam suam defenseret, cui Ariani interesse recusant praetextu Concilii Antiochiae convocati. Mittunt legatos, qui mendacio convicti nocte ausu- giunt, Athanasius detectâ Arianorum calunnia innocens declaratur. Episcopi 50. interfuerent huic Concilio. Fuit executio Concilii Nicenii.

Conciliabulum Antiochenum tempore Julii Papæ & Constantii & Constantis Imperatorum anno 344. in quo Ariani, ut Orientales Episcopos decipient, novam fidei formulam excludunt, filium Dei Patri similem dicunt, sed vocem consubstantialitatis reticent. Quot fuerint Episcopi incertum est. Id factum in odium Nicenæ fidei.

Mediolanense sub Julio Papa Constantio & Constante Imperatoribus anno 345. in quo legati Arianorum cum obtulissent formulam fidei Antiochiae editam, Concilium eam repue-

diavit, ob omissam consubstantialitatis veritatem. Numerus Episcoporum ignoratur. Executio fuit concilii Niceni.

Agrippinense sub Julio Papa, Constantio & Constante Imperatoribus anno 346. in quo Euphratas, dicens Christum esse merum hominem, condemnatus est, & depositus ut Photinianus. Huic Concilio interfuerunt 19. Episcopi, & decem alii per procuratores.

Sardicense appendix Concilii Niceni sub Julio Papâ, & Constantio & Constante Imperatoribus anno 347. in quo Nicena Synodus recipitur, & Canones 21. circa mores & disciplinam statuuntur. Episcopi 376. interfuerunt.

Sardicense concilium Arianorum tempore Julii Papæ Constantii & Constantis Imperatorum anno 347. in quo Ariani elegerunt Philippopolim urbem viciam Sardicæ, & cœtum suum Sardicensem occuparunt, ut sub fucato nomine clementiam decretis suis autoritatem conciliarent. Professionem fidei ediderunt, in quâ catholicè loqui videbantur. Episcopi Semiariani erant 80. Fuit in odium Nicene fidei.

Mediolrnense sub Julio Papa Constantio & Constante Imperatoribus anno 347. in quo Ursacius & Valens Ariani fingentes pénitentiam mittuntur ad Papam cum commendatiis litteris, qui recipiuntur à Julio. Quot adfuerint Episcopi ignoratur.

Sunt qui volunt in isto Concilio propositam esse solum Photini condemnationem, quæ biennio post universalis evasit.

Carthaginense I. Sub Julio Papa Constantio & Constante Imperatoribus anno 348. in quo

editi suar Canones 14. ad mores & disciplinam pertinentes. Quot interfuerint Episcopi non constat.

Romanum. III. Sub Julio Papâ Constantio & Constante Imperatoribus anno 349. in quo damnatur Photinus; & Ursacius, & Valens veniam deprecantes suscipiuntur. Numerus Episcoporum hujus Concilii ignoratur. *In servit ad executionem Nicenii.*

Sirmiense sub Julio Papa, & iisdem Imperatoribus anno 349. in quo statuta est Photini depositio, & contra ipsum scripta est Epistola ad Orientales Episcopos. Ignoratur Episcoporum numerus hujus Concilii.

Hierosolymitanum sub Julio Papâ, Constantio & Constante Imperatoribus anno 350. Athanasius veniens Alexandriam & Hierosolymam transiens, munitus litteris Constantii Imperatoris benignè exceptus est à Maximo Hierosolymæ Episcopo, qui Congregavit Concilium multorum Episcoporum, qui ab Athanasio defecerant; quique cum eo reconciliati sunt. 16. Episcopi huic Concilio interfuerunt. *Fuit executio Concilii Nicenii.*

Sirmiense sub Julio Papa & Constantio Imperatore anno 351. in quo Photinus convictus, quod Sabellii & Pauli Samosateni heresim etiam monitus docuisset, iterum depositus est. Episcopi 22. recensentur ab Hilario. *Executio fuit Concilii Nicenii.*

Militinense sub Julio Papa & Constantio Imperatore anno 351. causa hujus Concilii ignoratur, numerusque Episcoporum, neutrum refertur à Balusio.

Romanum IV. sub eodem Papa & Imperato-

et anno 352. in quo acceptis litteris Ariano-
rum Episcoporum Athanasium de novo accu-
santium, & Episcoporum Catholicorum
Athanasium excusantium, Vincentius & Mar-
cellus ad Imperatorem mittuntur, qui cum eo
deliberent de congregando Concilio Aquilejæ.
Episcopi quorū ad fuerint, ignoratur. Execu-
tio fuit Concilii Nicenæ.

Conciliabulum Arelatense tempore Liberii &
Constantii Imperatoris anno 353. in quo vi &
metu incusso ab Imperatore Vincentius dam-
nationi Athanasii subscribit, Ursacius & Va-
lens in errorem, quem sicut ejuraverant,
iterum lapsi sunt. Episcopi, qui noluerunt
subscribere condemnationi Athanasii, in exi-
lium missi sunt. Pauci erant Episcopi in hoc
Concilio. Totum fiebat iussu Imperatoris.
Fuit in odium Nicenæ fidei.

Conciliabulum Mediolanense sub Liberio
Papâ Constantio Imperatore anno 355. in
quo jussu Imperatoris exilio damnantur, qui-
cumque damnationi Athanasii subscribere re-
nuunt. 300 interfuerunt Episcopi. Liberius non
adfuit sed finito Concilio cum Athanasium
damnare noluisset, Berœam exul mittitur.
Fuit in odium fidei Nicenæ.

Conciliabulum Biterrense tempore Liberii &
Constantii Imperatoris anno 356. Saturninus
Arianismi propugnator acerrimus cœtum con-
gregavit; ut hæresim latius diffunderet, Hilari-
rus à Saturnini communione se substraxit, &
ideo in exilium missus est in Phrigianis. Rho-
danus Tolosanus Hilario adhærens in exilium
missus est, in quo obiit. Acta hujus Conci-
liabuli periere. *Fuit in odium Nicenæ fidei.*

Conciliabulum

Conciliabulum Antiochenum tempore Liberii Papæ, & Constantii Imperatoris anno 356. in quo juxta Balusium Georgius Arianus ordinatus est Episcopus Alexandrinus & suffectus in locum Athanasii, & scripta est Epistola ad Alexandrinos, ut Georgium recipiant, & Athanasium rejiciant. Huic Conciliabulo 30. adfuere Episcopi. Fuit in odium Nicenæ fidei.

Conciliabulum Sirminense tempore Liberii Papæ & Constantio Imperatore anno 357. In quo ab Arianis damnatur Photinus afferens Christum esse purum hominem, & triplex editur fidei professio, sed in nullâ reperitur vox consubstantialitatis. Huic Conciliabulo multi interfuerunt Episcopi omnes fere orientales. Fuit in odium fidei Nicenæ.

Conciliabulum Antiochenum tempore Liberii Papæ & Constantii Imperatoris anno 357. Eudoxius, qui Leontio successerat favore Imperatoris, Concilium Antiochiae cogit ex Episcopis Arianis, in quo fidei formula scribitur, ubi nulla fit mentio consubstantialitatis, immo Filius Patris dissimilis assertur Numerus Episcoporum hujus Concilii penitus ignoratur. Fuit in odium Nicenæ fidei.

*Romanum sub Liborio & Constantio Imperatore anno 358. In quo procurante Felice Diacono, qui Liborio exuli substitutus fuerat, damnantur Ursacius & Valens Aiani, & Constantius Imperator. Balusius in hujus rei probationem asserti Epitaphium Romæ repertum, in quo hæc leguntur: *corpus Sancti Felicis Papæ & Martyris, qui damnavit Constantium.* Huic Concilio interfuerunt 48. Episcopi. Fuit executio Concilii Nicenæ.*

Conciliabulum Anciranum tempore Liberii Papæ & Constantii Imperatoris anno 358. In quo Basilius Anciranus & Cecrops Nicomediensis Anciræ Congregarunt Episcopos, ut se opponerent Eudoxio afferenti Filium Dei esse Patri dissimilem. Anathematismos ediderunt contra errores Arianorum, sed fidem Catholicam non integrè professi sunt; quippe qui nullam de consubstantialitate mentionem habuerunt. *Fuit in odium Nicenæ fidei.*

Conciliabulum Sirmiense tempore Liberii & Constantii Imperatoriis anno 358. in quo agebatur de subscriptione fidei formulæ, quæ in Conciliabulo anno præcedenti ibidem habito fuerat edita. Liberius Sirmium accessit, & minis teritus, & tædio exilii coactus, Sirmensi formulæ subscripsit. Numerus Episcoporum gnotatur. *Fuit in odium Concilii Nicenæ.*

Ariminense ex parte reprobatum tempore Liberii, & Constantii Imperatoris 359. In quo rejectæ sunt omnes Arianoram Confessiones, & retenta est sola professio Nicena. Sed legati missi ad Constantium, licet præmoniti ne cum Ariani communicarent, minis perterriti Arianae formulæ fœdè subscripterunt; & tandem omnes serè Episcopi huic subscriptioni consenserunt, paucis exceptis; sed vix è Concilii loco egressi pénitentes subscriptiōnem retractarunt. Huic Concilio interfuerunt 400 Episcopi.

Conciliabulum Ariminense tempore Liberii, & Constantii Imperatoris 359. In quo juxta Bellarminum Ariani sub Ementito Ariminensi Concilio suam heresim confirmarunt. In-

DE VERO USU CONSIL. 145
cettus est numerus Episcoporum. Fuit in odium
Nicenæ fidei.

Nicenum in Thracia tempore Liberii, & Constantii Imperatoris an. 359. In quo legati ab Ariminensi Concilio Constantinopolim ad Imperatorem missi, multis fracti vexationibus, decreta, quæ tulerant, ejurarunt, & Arianae formulæ subscripterunt. 100. Episcopi huic Concilio interfuerunt. Fuit in odium Nicenæ fidei.

Conciliabulum Seleuciense tempore Liberii, & Constanti Imperatoris 359. In quo Semiariani prævalentes Acasianos damnarunt & aliquos deposuerunt. Et istud decernitur: cum haec tenus Omojousios & omoousios vocabula plerisque ad hodiernum tempus usque perturbarent, Consustancialis vocem tanquam à Sacris litteris peregrinam rejicimus; anomæum verò, hoc est dissimile condemnamus. . . similem verò Patri esse filium apertere profitemur. Numerus Episcoporum fuit. 160. Fuit in odium Nicenæ fidei.

Conciliabulum Constantinopolitanum tempore Liberii Papæ, & Constantii Imperatoris 359. In quo Ariani prævalentes Semiarianos damnarunt, & aliquos deposuerunt. 50. Episcopi huic Conciliabulo interfuerunt. Hoc totum factum est in odium Nicenæ fidei.

Conciliabulum Achaicum tempore Liberii, & Constantii Imperatoris 359. In quo damnantur Aetiani, qui afferebant Filium Patri per omnia esse dissimilem. Huic Conciliabulo interfuerere 20. Episcopi. Fuit in odium Nicenæ fidei.

Conciliabulum Antiochenum tempore Liberii,
N ij

& Constantii Imperatoris 360. In quo Meletius Catholicus Episcopus Antiochenus , ab Arianis deponitur , & Filius Patri dissimilis declaratur. Ignoratur numerus Episcoporum hujus Conciliabuli. *Fuit in odium Nicene fidei.*

Concilium Alexandrinum sub Liberio Papa , & Constantio , aut Juliano Imperatore an. 362. Athanasius redux post sexennium exilii occiso Georgio Ecclesiae Alexandrinæ invasore Concilium indicit , in quo decernitur Episcopos in errorem Ariatum lapsos , modò resipiscerent , recipiendos esse : sed distinguendum esse inter eos , qui autores fuerant erroris , & eos qui tantum sequaces fuerant , & per tam necessarium Concilium è satanæ faucibus erectus est mundus. Numerus Episcoporum ignoratur. *Fuit executio Concilii Nicenæ.*

Parisiense sub Liberio Papa , & Constantio aut Juliano Imperatore an. 362. In quo Nicæna fides recipitur , & hæresis Ariana in Galliam irrepens damnatur. Saturninus Arelatensis Episcopus damnatur. Numerus Episcoporum ignoratur. *Fuit executio Concilii Nicenæ.*

Alexandrinum sub Liberio Papa , & Joviniano Imperatore an. 363. Athanasius post mortem Juliani Apostatae Concilium Alexandriae Congregavit , in quo libellus scriptus est explicans Nicenam fidem , qui Libellus Joviniano Imperatori oblatus est , ut circa fidem instrueretur. Numerus Episcoporum ignoratur. *Fuit executio Concilii Nicenæ.*

Antiochenum sub Liberio Papa , & Joviniano Imperatore 365. Cum Semiariani libellum supplicem Joviniano obtulissent , cui respon-

dit Imperator: *Ego contentionem odio prosequor & eos, qui concordiae dediti sunt, amore complector, venerorque; congregatum est Concilium Antiochiae, lecta est professio Nicæna, & ab hæreticis subscripta; verebantur enim, ne è suis sedibus ejicerentur à Joviniano Imperatore.* 27. Episcopi huic Concilio interfuerunt. *Fuit executio Concilii Nicæni.*

Conciliabulum Lampsacenum sub Liberio Papa, & sub Valentiniano, & valente Imperatoribus 364. In quo Semiariani Arianos dominant, & ad divinitatem Spiritus Sancti impetunt. Numerus Episcoporum ignoratur. Fuit occasio Concilii Constantinopolitanæ contra Macedonium.

Siculum sub Liberio Papa, & sub Valentiniano, Valenteque Imperatoribus 365. In quo Legati Lampsaceni Congregatis Episcopis Siciliæ fidem Nicenam retinendam esse contentur. Numerus Episcoporum ignoratur. Fuit executio Nicæni.

Illiricum sub Liberio Papa, & sub Valentiniano, & Valente Imperatoribus. 365 In quo Eustathius re consecra in Sicilia, in Illirium proficiscitur, ubi congregato Concilio stabilitur Trinitas personarum. & earum consubstantialitas & Incarnationis fides contra Apollinaristas. Huic Concilio interfuerunt multi Episcopi, sed numerus ignoratur. Fuit dispositio ad Concilium Constantinopolitanum contra Macedonium.

Tyanense sub Liberio Papa, Valentiniano & Valente Imperatoribus, anno 365. In quo Eustathius ostensis litteris communicatus, acceptis à Liberio, habitus est ut fides

148 MORALIS CHRISTIANA.

Nicenæ assertor, & unà cum sociis receptus est in Communionem, & in sedem suam, à qua per Acasianos rejectus fuerat, restitutus est. Nescitur quot Episcopi huic Concilio interfuerint. *Fuit executio Nicæni.*

Romanum 1. Sub Damaso, & sub Valentiano, & Valente Imperatoribus. 367. In quo jnxtà Balusium electus est Damasus, qui voce publica damnavit Liberium. Ita in vita Sancti Eusebii Presbyteri Romani. Huic Concilio interfuerent 28. Episcopi, & 25. Presbyteri. *Inseruit ad confirmationem Nicæni.*

Romanum 2. sub Damaso Papa, sub Valentianino, & Valente Imperatoribus. 367. In quo Damasus Papa accusatus adulterii a Concordio, & Calisto Diaconis innocens declaratur. Ejus accusatores ab Ecclesia ejiciuntur. Episcopi 44. huic Concilio interfuerunt.

Romanum 3. Sub Damaso Papa, & Valentianino, & Valente Imperatoribus. 368. in quo Valens, & Ursacius palam Arianismum profidentes excommunicantur. 90. Episcopi huic Concilio interfuerunt. *Fuit executio Nicæni.*

Romanum 4. Sub Damaso Papa, & sub Valentianino, & Valente Imperatoribus. 369. In quo Auxentius Arianus Ecclesiæ Mediolanensis invasor nonnoatim condemnatur, declaraturque quod Ariminenses Patres delusi suissent disputatione, & pronunciatur acta hujus Conciliabuli nullius esse momenti. *Est confirmatio & executio Nicæni.*

Romanum 5. Sub Damaso, & sub Valentianino, & Valente Imperatoribus. 373. in quo

Apollinaristarum hæresis damnata est; multos autem errores docebat Apollinatis. 1. Christi Corpus anima rationali caruisse, & Deitatem pro mente habuisse. 2. Millenariorum errorem restauravit. 3. Semi arianismuni professus est. & 4^o. Corpus Christi de cœlo allatum esse docuit, Quot Episcopi huic Concilio interfuerint ignoratur. Fuit dispositio ad concilium Ephesinum & Chalcedonense.

Valentinum in Gallia sub Damaso Papa, sub Valentiniano, & Valente Imperatoribus 374. In quo definitum est Bigamia non Ordinandos, Virgines contra votum matrimonium contrahentes pœnitentiae subjiciendas, baptizatos idololatras usque ad mortem pœnitentiae addicendos, Clericos in erimen lapsos esse deponendos. Episcopi 19. immo juxta aliquos 30. huic Concilio interfuerunt. Executio est Canonum pœnitentialium in Niceno constitutorum.

Concilium incerti loci & anni sub Damaso Papa, & sub Valentiniano, & Valente Imperatoribus. In quo Macedonius Divinitatem Spiritus - Sancti negans condemnatur, & fides Nicena recipitur. Verba Canonis sunt hæc, *Sanctum Concilium Nicenorum Patrum pro vere Catholico, & Apostolico Concilio agnoscimus..... Si Spiritum Sanctum ausi fuerimus creaturam dicere, qui fieri poterit, ut in Baptismo conjugatur. Nomina, & numerus Episcoporum hujus Concilii ignorantur. Confirmatio est Niceni & dispositio ad Constantinopolitanum contra Macedonium.*

Antiochenum. 1. Sub Damaso Papa & sub Valentiniano & Valente Imperatoribus an-

377. In quo Schismati, quod inter Meletium & Paulinum intervenierat, hoc remedium inventum est, ut cum alteruter Meletius & Paulinus decederet, qui superstes esset, in locum demortui succederet, & interim Sacerdotes Antiocheni jurarunt se successorem non Electuros nisi post mortem utiusque Paulini & Meletii...

Constantinopolitanum. I. Secundum generale sub Damaso Papa, sub Valentiniano, Gratiano, Theodosioque Imperatoribus. 381. In quo Confessio Nicæna suscepta, damnati Ariani & Semiariani, sed præcipue dominatus Macedonius, qui Spiritum - Sanctum creaturam esse dicebat. Episcopi 150. huic Concilio interfuerunt. Præter Symbolum fidei septem Canones circa mores & disciplinam editi sunt.

Aquileiense Sub Damaso Papa Valentiniano, Gratiano, & Theodosio Imperatoribus. anno. 381. In quo Palladius & Secundianus Ariani damnati sunt. Huic Concilio interfuerunt triginta & tres Episcopi. *Executio Nicæni simul & Constantinopolitanæ.*

Cæsaraugustanum Sub Damaso Papa Valentiniano, Gratiano, & Theodosio Imperatoribus. an. 380. In quo damnati sunt Priscillianistæ, docentes eosdem errores, quos Sabelliani & Manichæi, & insuper addentes licitum esse perjurium, cum circa suam religionem interrogabantur. Octo canones ad mores & disciplinam pertinentes conditi sunt. Episcopi duodecim huic Concilio interfuerunt. *Executio est Nicæni & Constantinopolitanæ Romanum.* 6. Sub Damaso Papa & Valen-

DE VERO USU CONCIL. 151

niano, Gratiano, & Theodosio Imperatoribus an. 382. In quo Paulinus, qui defuncto Meletio solus stando Conventis successor suffici debuerat, conquestus est, quod alias nempe Flavianus in Concilio Constantinopolitano electus fuisset. Decreta circa Paulini querelam perierunt. Sex Canones circa mores & disciplinam editi sunt. Numerus Episcoporum ignoratur.

Constantinopolitanum 2. Sub Damaso & iisdem Imperatoribus an. 382. In quo Orientales legatos mittunt Romam, qui Orientium mentem exponerent, scribuntque Epistolam in qua fidem suam circa Trinitatem & Incarnationem explicant, Flavianum in Antiochenam sedem electum confirmant, & Cyrilum Hierosolimæ Episcopum legitimum agnoscunt. Numerus Episcoporum hujus Concilii ignoratur. *Executio est Nicæni simul & Constantinopolitani, & dispositio ad Ephesinum & Chalcedonense.*

Antiochenum. 2. Sub Damaso, & sub iisdem Imperatoribus an. 385. In quo damnantur Massiliiani docentes unam orationem inter bona opera recensendam, negligendam esse Sacramentorum receptionem. Quot interfuerint Episcopi huic Concilio ignoratur. Præter Episcopos erant triginta Presbiteri aut Diaconi. *Dispositio est remota ad Viennensem & Tridentinum; in quibus Sacraenta necessaria esse determinatur.*

Sidense. Sub Damaso & eisdem Imper. an. 383. In quo damnati sunt Massiliiani; Adelphius corum dux ad pœnitentiam admitti non meruit, eo quod haud dubiè facte petebat. Epis-

copi 25. interfuerunt huic Concilio.

Constantinopolitanum 3. Sub Damaso & iisdem Imperatorib. an. 383. In quo Theodosius ut excitatas turbas compesceret, jubet tot sententias juxta antiquorum patrum scripta examinari. Itaque acceptis variis Confessionibus ea sola retenta est, quae erat conformis antiquæ traditioni patrum. Latæ sunt leges, quibus Theodosius omnem conventum prohibet hæreticis. Quot interfuerint Episcopi huic Concilio ignoratur. *Execuio est Nicæni & Constantinopolitani.*

Burdigalense sub Syricio Papâ & Valentiniano, Theodosio, Maximoque Imperatoribus an. 385. In quo Priscillianistæ damnantur, Instantius & Sylvanus ab Episcopatu deponuntur, Priscillianus, ut patrum judicium declinaret, ad Imperatorem appellavit, & quamvis Episcopi jus haberent ipsum rejicendi, tamen ad Imperatorem causam detulerunt Episcopi. Quot interfuerint Episcopi ignoratur. *Execuio est Nicæni & Constantinopolitani.*

Romanum sub Syricio Papâ & Valentiniano Theodosioque Imperatoribus an. 385. in quo novem Canones circa mores & disciplinam statuuntur, qui infra referuntur. 80, Episcopi huic Concilio interfuerunt.

Trevirensse sub Syricio & iisdem Imperatoribus an. 386. in quo Ithacius ab irregulatitate, quam contraxisse videbatur persequendo Priscilliani mortem coram Imperatore, absolutus est, & Felix qui ab Ithacii parte stebat ordinatus est. *Nomina Episcoporum hujus Concilii* perierunt.

Capuanum sub Syricio, iisdemque Impera-

toribus. an. 389¹ mortuo Paulino in ejus locum vivente adhuc Flaviano , qui electus fuerat Antiochenus Episcopus , Evagrius suffectus fuerat ; proinde continuatum inter Antiochenos Episcopos dissidium , cui componendo Capuae Concilium indicitur , ad illud Flavianus licet vocatus venire recusat. Insuper accusatur Bonosus negans Mariam Virginem semper manisse. Sinodus Theophilum Patriarcham eligit , qui Flavianum & Evagrium dissidentes conciliat. Causa Bonosi Aniso Thessalicensi examinanda delegatur. Capuenses patres rebaptisationes , reordinationes , & Episcoporum translationes prohibuerunt. Huic Concilio creditur Ambrosius cum Syricio interfuisse & alii multi Episcopi , ideo plenarium vocatur. Executio est Nicæni damnantis rebaptizantes.

Mediolanense sub Syricio & Valentiniano & Theodosio Imperatoribus an. 390 in quo Ithacius condemnatur. Item damnatur Jo-vianus , qui docebat omnia peccata esse æqualia , omnes Sanctos in altera vita esse æquales , & Virginitatem non esse Matrimonio preferendam. 8. Episcopi subscripsere Epistolæ scriptæ ad Syricium. Dispositio est ad Concilium Florentinum inæqualitatem statuens inter Santos.

Conciliabulum Novitianum anno incerto tempore Syricii & eorumdem Imperatorum , in quo Novitiari declarant indifferens esse Pascha celebrare quoquo tempore , & Ecclesiam nihil supra hoc potuisse decernere. Ignoratur Episcoporum numerus. Id sit in odium Nicæni tempus Paschæ determinantis.

Hipponense sub Syricio & Theodosio Imperatore anno 393. in quo statuuntur 40. Canones, qui inserti sunt Concilio Carthaginensi tertio. Huic Concilio creditur interfuisse Augustinus adhuc presbiter cum tot Episcopis, ut illud Concilium plenarium dicatur.

Constantinopolitanum sub Syricio Papâ & Theodosio Imperatore anno 394. in quo Agapiti & Bagadii causa examinata est: uterque Bostrensem Episcopatum sibi vindicabat. Bagadii depositio à duobus tantum Episcopis facta irrita declaratur, controversia vero de Episcopatu non dirimitur. Consecratur Ecclesia à Rufino constructa, & baptisatur Rufinus.

Adrumetinum sub Syricio Papa & Theodosio Imperatore anno. 394. ejus acta perierunt. Scimus solum ex Augustino in Psalmum 36: Quod Priminianus Donatista Carthaginensis Episcopus in eo Concilio depositus fuerit. Episcopi 43. ino juxta alios centum, huic Concilio interfuerunt.

Duo conciliabula à Donatistis habita sunt circa illud tempus. Donatistæ in duas factiones divisi sunt Caput unius factionis erat Priminianus Caput alterius Maximilianus. In Conciliabulo Cabernensi prope Carthaginem Priminianus deponitur ab Episcopis alterius factionis. In Conciliabulo Bagajensi in Numidia Maximilianus licet ab eis condemnatur ab Episcopis alterius factionis. Causa hujus dissentionis erat quod defuncto Parmeniano aliqui elegissent Priminianum, alii vero Maximilianum, ut Parmeniano succederent.

Taurinense sub Syricio Papâ & Honorio Imperatore.

Imperatore. an. 397 in quo mulæ lites inter Episcopos terminantur. 1° Proculus Massiliensis Episcopus, qui Metropolitani munere functus fuerat in secundâ Provincia Narbonensi, permittitur idem munus exercere, non jure sedis suæ, sed ob reverentiam ætati suæ debitam, quippe qui pater Episcoporum dicebatur. 2° Viernensis & Arelatensis Ecclesia de primatu contendunt, utraque Metropolis declaratur, & utriusque permittitur, ut viciniores sibi intra Provinciam vindicet civitates sine unius in alteram autoritate. 3° Exuperantius presbiter, qui Episcopum suum Triferium offendiderat, & obid ab eo fuerat communione privatus, eidem poenæ subjicitur, donec satisficerit. 4° Qui Felici Ithacianorum fautori communicabant, damnantur, & non recipiendi sunt, nisi observentur, quæ Ambrosius & Papa in suis litteris præscripserunt. Ambrosius cum Papa conjungitur, quia Felix Mediolani damnatus fuerat. Numerus Episcoporum ignoratur. 8. Canones editi sunt ad mores & disciplinam pertinentes.

Carthaginense II. III. IV. V. intra decennia annos habita sunt 4. Concilia Carthaginæ, duo sub Syricio, & duo sub Anastasio, in quibus 4. Conciliis editi sunt 165. Canones mores & disciplinam respicientes, quotum Canonum Synopsim dabimus, ubi de Conciliorum Provincialium Canonibus agemus. Numerus Patrum ignoratur. In Concilio V. Episcopi 33 subscripti sunt ultimo Canoni.

Alexandrinum sub Anastasio Papa, & Arcadio & Honorio Imperatoribus. an. 399 in quo damnantur Origenis opiniones, quæ ex

libro Periarchoa de promptæ sunt, ubi male sentit de Trinitate, de Angelorum ruina & de animarum in corpora hominum lapsu. Numerus Patrum ignoratur. *Dispositio est ad Concilium de tribus capitulis.*

Cyprium sub Anastasio Papa, iisdemque Imperatoribus an. 399. in quo Epiphanius Cypri Episcopus accepta Epistola Synodica à Theophilo Alexandriæ Episcopo de damnato Origenie, cumdem damnavit Origenem, & scripsit ad Chrysostomum, ut coacto Concilio idem præstaret. Numerus Episcoporum ignoratur.

Africanum sub Anastasio Papa, Arcadio & Honorio Imperatoribus. an. 399. in quomittuntur legati ad Imperatorem, ut novo edicto Templorum jura serventur intacta, & qui ad illa Asyli causa confugiunt, non violenter extrahantur.

Constantinopolitanum sub Anastasio, Papa, Arcadio, & Honorio Imperatoribus circa an. 400. in quo Antoninus Episcopus Ephesinus accusatus est, quod vasa Ecclesiæ, baptisterium, & columnas fabricæ Ecclesiæ destinatas in proprios usus transtulisset, quod multos ordinasset accepta pecunia. Chrysostomus mittit Episcopos, qui accusatum, & testes audiant, interim moritur Antoninus, & licet mortuus, convictus tamen Symoniæ, damnatur, & Symoniæ ordinati deponuntur. Episcopi Constantinoli extiterunt 22. Ephesi vero 70. Chrysostomus. huic præfuit Concilio.

ARTICULUS V.

De conciliis habitis quinto saeculo.

Toletanum I. sub Anastasio Papa, & Arcadio, & Honorio Imperatoribus an. 400. in quo corrupta Ecclesiastica disciplina ob Priscillianistarum heresim, & ob penuriam Clericorum, quæ causa erat, ut indigni recipierentur, restituitur per 21. Canones circa mores, & disciplinam editos. Huic Concilio interfuerunt 19. Episcopi.

Africanum I. sub Anastasio Papa, & Arcadio, & Honorio Imperatoribus an. 401. in quo Ecclesia Africana indigens Clericis petit subsidium à Romana, & Mediolanensi Ecclesia. Numerus Episcoporum ignoratur 32. Canones in Africanis Conciliis anteā constituti promulgantur.

Africanum II. sub Anastasio Papa, sub Arcadio, & Honorio Imperatoribus an. 401. Ecclesia Africana Donatistarum schismate diu lacerata Romani Pontificis opem implorat, & congregat Concilium, in quo benignissime actum est cum Donatistis; nam constitutum est primò ut congregarentur publica monumenta, quibus paterent fiducia Donatistarum. Secundò ut Donatistæ ad Ecclesiam redeentes in eo, in quo erant gradu, conserventur. Tertiò ut ad conciliandos Donatistas mittantur legati, qui quoquo pacto pacem procient, salvo tamen Ecclesiæ jure. Episcoporum numerus non refertur. 14. Canones jam anteā editi promulgati sunt.

Milevitanum I. Sub Innocentio Papa, Arcadio, & Honorio Imperatoribus anno 402. in quo Episcopis de primatia Episcopatum concertantibus ; istud definitum est , quod quilibet sedereret juxta suæ ordinationis antiquitatem. Quod - vult - Deus huic decisioni acquiescere noluit & ideo declaratur communione privatus. Maximianus pacis obtinendæ causâ Episcopatum abdicavit , & Castorius ejus frater ei sufficitur. Numerus Episcoporum ignoratur. Nulli Canones in hoc Concilio editi sunt.

Synodus ad querum sub Innocentio Papa, & Arcadio, & Honorio Imperatoribus an. 403. ad quam Chrysostomus citatus est , ut defenderet se de variis criminibus , quibus accusabatur à Theophilo Alexandrino Episcopo. Ille videns Theophilum non procedere autoritate legitima appellavit ad aliud Concilium ; sed tamen ut contumax condemnat , & ad Imperatorem defertur , quasi reus Ixæ Imperatorix majestatis. Scribit Theophilus ad Innocentium Papam, Epistola subscribitur à 36. Episcopis , sed male recipitur à summo Pontifice.

Africanum I. sub Innocentio Papa , & sub Arcadio , & Honorio Imperatoribus. an. 403. in quo mittuntur legati ad Romanum Pontificem pro recipiendis Donatistis ea lege , quod Donatistæ redeentes ad Ecclesiam cum gradum , quam apud suos receperissent , retinerent. Legati consensum Romani Pontificis attulerunt , & præterea decretum est , ut Episcopi Catholici Donatistarum præpositis reconciliationis incundæ modum significant.

Numerus Episcoporum ignoratur.

Africanum II. sub Innocentio Papa, Arcadio, & Honorio Imperatoribus. 404. Donatistæ pacem oblatam recusant, convitiis, imo & armis Catholicos Episcopos excipiunt. Congregatur Concilium à Catholicis, in quo mittuntur legati ad Imperatorem, qui hereticorum audaciam coerceret. Episcoporum numerus ignoratur.

Africanum III. sub Innocentio, & Arcadio, & Honorio Imperatoribus. 405. in quo Donatistis non resipiscentibus mittuntur legati ad Imperatorem, qui ab eo obtineant Donatistas aut multâ pecuniariâ puniri, aut exilio, si recusent redire in Ecclesiam. Numerus Episcoporum nescitur.

Africanum IV. sub Innocentio Papa, & sub Arcadio & Honorio Imperatoribus 407. in quo determinatur, primum quod Romanis euntibus formata Epistola danda sit, ne Donatistæ sub ementito nomine excipiatur. Quod si voluerint Imperatorem aditæ litteram formatam à Summo Pontifice accipiant, sine qua vetatur in aula morari. Secundò annua Concilia generalia in Africa suspenduntur ob incommoda, quæ ex totis crebris Conciliis Episcopis creabantur. Tertio preces publicæ à Concilio sunt approbandas, ne quid contra fidem contineant. Numerus Episcoporum ignoratur.

Africanum. V. Sub Innocentio, & iisdem Imperatoribus. 408. mortuo Stilicone strenue Ecclesiæ Patrono Catholicæ Congregant Concilium, in quo decernuntur legati ad Imperato-

torem, qui Honorium sollicitent, ut acta Stiliconis confirmaret.

Africanum. VI. Sub Innocentio Papa, & iisdem Imperatoribus 409. in quo decernitur quod Episcopus solus nihil possit efficere.

Africanum VII. Sub Innocentio Papa, & iisdem Imperatoribus. an. 410. Cum Romanum imperium in summum discrimin venisset tantisper vigor legum contra Donatistas temperatus est, adeò ut videretur libertum exercitium Religionis concessum Donatistis, ideo Congregatur Concilium à Catholicis, & decernuntur legati ad Imperatorem pro obtainenda ultimi rescripti revocatione, ne Donatistarum Religio tolerata videretur. Numerus Episcoporum ignoratur.

Ptolomaidense sub Innocentio Papa, & iisdem Imperatoribus an 411. in quo Andronichus praefectus Provinciæ ob crudelitatem in Provincia exercitam excommunicatur à Sinesio Episcopo: *Andronicho*, inquit Concilium, ejusque sociis.... Nullum Dei Tempulum aperiatur... Nulla Diabolo in Paradiso pars est; qui si clam irrepserit, expellitur. Postea hortatur Magistratus, ut non sint ejusdem cum Andronicho testi, nec mensæ participes. Vetat Sacerdotibus ne viventes excommunicatos salutent, mortuos vero funebri pompa ne deducant Plures Episcopi juxta Petavium huic Concilio interfuerunt, juxta alios solus Sinesius excommunicationem protulit.

Collatio habita inter Episcopos Catholicos, & Donatistas sub Innocentio Papa, & Honorio, & Theodosio Imperatoribus. an. 414.

Episcopi Catholici 286. Donatistæ 279. Carthaginæ Congregati sunt , ut amica collatione prospicerent paci Ecclesiæ. Marcellinus iussu Imperatoris huic collationi præfuit. Post multas disputationis ambages, Marcellinus Donatistas condemnavit , & Honorius Marcellini sententiam ratam habuit. Augustinus Hippomensis Episcopus in hac collatione multum alios juvit Episcopos.

Braccarense sub Innocentio Papa , & iisdem Imperatoribus 411. in quo determinatum est , ut pastores commissas sibi oves non desererent , sed eas frequenter adirent , ne corrumperentur à gentibus , aut Hæreticis tunc Hispaniam devastantibus. Episcopi 10. subscripsérunt huic Concilio.

Zertense vel *Cirtense* sub Innocentio Papa , & honorio , & Theodosio Imperatoribus 412 in quo finita Carthaginensi collatione Donatistæ divulgarunt Marcellinum auro fuisse corruptum à Catholicis , ideo Episcopi Zertæ in Numidia Congregantur. Episcopi Catholici scribunt ad Donatistas , & eorum mendacia detegunt.

Conciliabulum Donatistarum in Africa sub Innocentio , & Honorio & Theodosio Imperatoribus an. 414. in quo Donatistæ determinant se metipso interficere , potius quam obedient Imperatori , vel Ecclesiæ repetenti , vel eos releganti.

Hierosolymitanum sub Innocentio & Honorio , & Theodosio Imperatoribus. Circiter 412. in quo error Pelagii damnatus est. *Dispositio* est ad *Concilium Ephesinum* , in quo obiter damnatis sunt errores cœrea gratiam , & ad

*concilium Tridentinum, in quo damnati sunt
errores circa gratiam.*

Carthaginense III. Sub Innocentio Papa, & Honorio, & Theodosio Imperatoribus. 412. in quo Cœlestius Pelagii discipulus hæreticos convincitur, & ad Innocentium Papam defertur à Paulino Diacono. Huic disputationi præfuit Aurelius Carthaginensis Episcopus. Acta hujus disputationis perierunt. *Idem quod prius.*

Diospolitanum sub Innocentio Papâ Theodosio & Honorio Imperatoribus. an. 415. in quo Pelagius verbis Catholicis sed mente hæretica fucatè respondens, absolutus dimissus est, & innocens declaratus 14. Episcopi huic Concilio interfuerunt. *Idem quod prius.*

Carthaginense IV. sub Innocentio Papa iisdemque Imperatoribus an. 416. in quo Africani patres auditio quod Pelagius Diosopolitanos Episcopos secessisset, Synodicam Epistolam ad Innocentium scripserunt, in qua duo capita Pelagii damuant, scilicet naturam sufficere ad facienda mandata, & baptismum non esse necessarium, monentque Innocentium, ut Pelagium non absolvat, nisi prius errores suos ejuraverit. 67. Episcopi recensentur initio hujus Epistolæ. *Idem quod prius.*

Milevitanum II. Sub Innocentio Papâ, Honorio & Theodosio Imperatoribus an. 416. in quo editi sunt 27. Canones 8. explicant Stragem peccati originalis & necessitatem gratiæ, reliqui vero ad mores & disciplinam

DE VERO USU CONSIL. 163
pertinent. 60. Episcopi huic Concilio ad fuer-
te Idem quod prius.

Thysdritanum sub Zosimo Papa & Honorio & Arcadio Imperatoribus an. 417. in quo vetatur, ne Episcopi facilius à Conciliis absint. Acta hujus Concilii, & numerus Episcoporum perierunt.

Africanum sub Zosimo Papa Honorio & Arcadio Imperatoribus an. 418. defuncto Innocentio Zosimus in gratiam Cœlestii & Pelagii scripsérat. Africani Congregant Concilium, cui intersunt 217. Episcopi 8. Canones in Concilio Milevitano 2. relati contra Pelagium & Cœlestium, vel eduntur, vel confirmantur. *Dispositio fuit ad Ephesinum, ad Arausicanum 2. & ad Tridentinum in quibus actum est de gratia.*

Teleptense, seu *Tellense*, vel *Zellense* sub Zosimo, Honorio & Arcadio Imperatoribus anno 418. hujus Concilii acta perierunt. Triginta tres Episcopi adfuisse narrantur.

Ciliciense sub Zosimo Papa, Honorio & Arcadio Imperatoribus anno 418. cum in Ciliaciam hæresis Pelagiana progressa esset, iudicarunt patres huic errori iterata damnatione occurtere. Acta ejus Concilii interierunt.

Carthaginense sub Bonifacio Papa Honorio & Theodosio Imperatoribus anno 419. cum Apicius presbiter ob morum depravationem ab Urbano Episcopo depositus fuisset, ille contra usum Africanæ Ecclesiæ Papam appellavit. Zosimus nitebatur decretis Concilii Nicæni, Africani, qui illos Canones non viderant, decernunt scribendum esse Antiochiam, Alexandriam, & Constantino-

polim, ut exemplaria autentica habeantur,
quæ intetim lis ad Cœlestinum Papam transit.

229. Episcopi huic Concilio adfuere.

Carthaginense sub Bonifacio Papa Honorio
& Theodosio Imperatoribus anno 419. in quo
tursus causa appellationis ad Romanum Po-
tificem agitata est, & cum nondum Nicæni
Canones authentici fuissent obtenti, scriptum
est ad Cœlestinum, ut non admitteret Sacer-
dotes, aut Clericos inferiores appellantes ad
Romanum Pontificem, & usus ille viguit us-
que ad Gregorium magnum. Ex 229. Epis-
copis electi sunt 22, qui causam appellatio-
nis examinarunt.

Carthaginense sub Bonifacio aut Cœlestino,
iisdemque Imperatoribus. annus ignoratur.
Cum 2. Episcopi de primatu contendenter,
& controversia componi non posset ex ætate
Episcoporum, ut antea factum fuerat, decre-
tum est, ut omnes Episcopi Africani Cata-
logum suæ ordinationis texerent, quem mit-
terent ad Carthaginem primatem. Nu-
merus Episcoporum hujus Concilii ignoratur.

Africanum seu collectio Conciliorum Africa-
norum anno circiter 419. cum in dies cresce-
ret difficultas circa appellationem ad Roma-
num Pontificem, decreta est collectio Cano-
num Africanorum, ut sciretur, quid agen-
dum esset in hac appellatione.

Constantinopolitanum sub Cœlestino Papa &
Theodosio Imperatore anno 426. cum multi
Episcopi convenissent ad ordinationem Sisin-
nii, Massiliani hæretici iterum damnati sunt,
& Photius dicit declaratum eos non recipien-
dos esse ad pœnitentiam; quia haud dubie

DE VERO USU CONCILII. 165
hacte non scripsi dolebam. Numerus Episcoporum ignoratur.

Concilium incerti loci in Gallia sub Cœlestino Papa, & Theodosio Imperatore anno 429. in quo Sanctus Germanus Antissiodotensis, & Lupus Trecensis Episcopi Britanniam mittuntur, ut impedian, ne Pelagiana haeresis magis serperet. Hæc Synodus dicitur numerosa, sed quot Episcopi adfuerint ignoratur.

Romanum I. Sub Cœlestino Papa & Theodosio Imperatore. an. 430. In quo Cœlestinus post acceptam Epistolam à Nestorio, in qua Mariam Matrem Christi, & non Matrem Dei nuncupabat, ea blasphemiam commotus Papâ, mandat Cyrillo Alexandrino, ut Nestorium Anathemate percutiat nisi intrâ decem dierum spatum errorem suum ejuraret numerus Episcoporum ignoratur Dispositio est ad Concilium Ephesinum contra Nestorium.

Alexandrinum sub Cœlestino Papâ, & Theodosio Imperatore. an. 430. In quo Cyrillus à Cœlestino delegatus in negotio Nestorii Episcopos Collegit, ex quorum Sententiâ Synodales Epistolas mittit ad Nestorium, & ad Clerum Constantinopolitanum. & 12. Anathematismos, quos Nestorius fallacibus responsis elusit. Qui Episcopi interfuerint nihil scitur. Dispositio fuit ad Ephesinum.

Romanum II sub Cœlestino Papa Theodosio & Valentiniano Imperatoribus. an. 431. In quo Cœlestinus auditis Nestorii blasphemias, & acceptis Cyrilli Litteris, dogma Nestorianum condemnat, & legatis tradit commonitorum in Concilio Ephesino agentum. Balusius primus edidit hoc Commoni-

torium, in quo Papa præcipit authoritatem Apostolicam custodiri: *ad disceptationem si fuerit venum*, inquit Papa, *vos de eorum sententias judicare debetis, non subire certamen*. Episcopi qui & quot interfuerint ignoratur. *Dispositio est ad Ephesinum.*

Ephesinum Concilium Generale III. Sub Cælestino Papâ Theodosio & Valentiniano Imperatoribus. an. 431. In quo Nestorius qui Mariam dicebat matrem Christi, non matrem Dei, condemnatus est. Tunc addita sunt salutationi Angelicæ hæc verba: *Sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis.* Et actione sextâ, sessione secundâ actum est de damnatione hæresis Pelagianæ. Adfuerunt 200. Episcopi.

Ephesinum Conciliabulum. Sub Cælestino Papa. Theodosio & Valentiniano Imperatoribus an. 431. In quo Joannes Antiochenus putans damnatum fuisse Nestorium præcipiti & irregulati sententia non expectato Orientalium Episcoporum adventu, Cyrillum Alexandrinum ut hæreticum damnat, Memnonem Ephesinum Episcopum ut turbulentum excommunicat & utrumque qua arte potuit diffamat. Huic Conciliabulo interfuerunt 30. Episcopi, vel Nestoriani, vel Pelagiani. *Hoc factum in odium Ephesinae fidei.*

Antiochenum sub Sexto Papa III. Theodosio & Valentiniano Imperatoribus an. 433. In quo Joannes Antiochenus cognita orthodoxa Cyrilli fide cum eo communionem iniit, & Nestorium damnavit. Numerus Episcoporum hujus Concilii ignoratur. *Executio fuit Ephesini.*

Romanum sub Sexto Papa III. Theodosio &

DE VERO USU CONCIL. 167
& Valentianino Imperatoribus an. 433. In quo Sixtus accusatus stupri cum Virgine Deo Sacra innocens declaratur. Bassus ejus calumniator damnatur, & privatur communione, nisi in summo vitæ discrimine. 56. Episcopi huic Concilio interfuerunt.

Armenianum sub Sexto III. Iisdemque Imperatoribus an. 435. In quo combustis jussu Imperatoris Nestorii libris, libri Theodori Mopsuesteni divulgari cœperunt, & damnati sunt in hoc Concilio. Numerus Episcoporum ignoratur. Executio fuit Concilii Ephesini, & occasio ad Concilium de tribus Capitulis.

Constantinopolitanum sub Sexto Papa III. Iisdemque Imperatoribus an. 436. In quo agitata est controversia, cui Ecclesiæ conveniret jus primatus, an Alexandrinæ, an Antiochenæ, acta non habentur, sed primatus competit Alexandrinæ Ecclesiæ.

Regense in Galliâ Narbonensi sub Sexto Papa III. Iisdemque Imperatoribus an. 439. Armentarii in Ebroudunensem Episcopum Ordinatio facta à duobus tantum Episcopis, & non à tribus, ut jubent Canones, irrita declaratur. 6. Canones circa mores & disciplinam constituuntur. Episcopi 13. subscripserunt. Executio est Concilii Nicæni.

Arausicanum. I. Sub Leone Papa I. Iisdemque Imperatoribus, an. 441. In quo editi sunt 30. Canones ad mores & disciplinam pertinentes, quibus subscripserunt 16. Episcopi.

Vasense Gallice Vaison. Minime Bazas, sub Leone Papa I. & Valentianino Imperatore an. 442. In quo editi sunt 10. Canones ad mores & disciplinam pertinentes. Episcopi 15. aut 18. huic Concilio subscripserunt.

Romanum. I. Sub Leone I. & Valentiniano Imperatore. an. 444. In quo Manichæi Catholicis dolosè se admiscentes condemnantur. De eis ita loquitur Leo : Inter illos lex est mendacium, diabolus religio, sacrificium turpitudo. Executio est Nicæni.

Concilium incerti loci sub Leone Papa I. Et Valentiniano Imperatore. an. 444. In quo Chelidonus Vesontionensis Episcopus maritus quondam viduæ & in re capitali judex, damnatus est ab Hilario Arelatensi Episcopo, sed Chelidonus appellat ad Leonem Papam, & accusat Hilarium, quod in Vienensis Provincia Metropolitana munia exercere præsumpsisset. Hilarius non decisa lite Roma discedit, Chelidonus absolvitur, & hinc nata est inter Hilarium & Leonem gravisjurgiorum causa. Ignoratur Episcoporum numerus.

Romanum 2. Sub Leone Papa I. Valentiniano Imperatore. an. 445. In quo Sententia in Hilarium pronuntiata est, pro cuius executione patrocinium & authoritas Valentiniani imploratur. Solus Leo censetur hanc sententiam pronunciassse.

Asturicense sub Leone Papa I. & Valentiniano Imperatore. an. 446. In quo latentes Manichæi & Priscillianistæ sese cum Catholicis immiscentes damnati sunt, & Episcoporum curâ detecti.

Conventus verolamii in Britanniâ sub Leone Papa I. & Valentiniano Imperatore. an. 446. In quo hæresis Pelagiana ab Agricola Pelagii Discipulo disseminata confutatur præsentibus Germano & Lupo Galliarum Episcopis.

Hispanicum sub Leone Papa I. & Valenti-

tiniano Imperatore, an. 445. In quo Priscilianistæ Hispaniam infidentes condemnantur. Quot & qui Episcopi adfuerint ignoratur.

Constantinopolitanum sub Leone Papâ I. & Theodosio Imperatore, an. 448. In quo Eutiches Archimandrita unicam in Christo naturam admittens citatur, ut accusationi respondeat, cui citationi cum non detulisset lectis ejus Libris tanquam hæreticus condemnatur, à primatu Monasteri & dignitate Sacerdotali deponitur. Huic Concilio 32. Episcopi & 23. Archimandritæ subscripterunt. *Executio fuit Concilii Ephesini.*

Trium sub Leone Papa I. Et Theodosio Imperatore, an. 448. Ibas Edessenus Nestorianismi accusatus, eo quod revera Cyrillo adversatus fuisset, & Joannem Antiochenum contra Cyrrillum commovisset, sed jussu Imperatoris causa Ibæbis examinata est, & innocens declaratus. Huic judicio 3. interfuerunt Episcopi ab Imperatore delegati. *Occasio est ad Concilium de tribus Capitulis.*

Berytense sub Leone Papâ I. & Theodosio Imperatore, an. 448. In quo Ibas licet inventus innocens, & reconciliatus cum Cyrillo Nestorianismi iterum accusatur, eo quod in epistola scripta ad Marin persam Cyrrillum hæreticum appellasset. Productâ Epistolâ hæc verba nequaquam inventa sunt, ideo Ibas innocens declaratur. 3. tantum interfuerunt Episcopi huic judicio. Eamdem Epistolam postea damnavit Chalcedonense Concilium. *Occasio fuit ad Concilium de tribus Capitulis.*

Conciliabulum Constantinopolitanum tempore Leonis Papæ I. & Theodosii Imperatoris, an-

449. In quo agente Chrysaphio Eunicho summa apud Imperatorem autoritate pollente, Eutichetis Libellus suscipitur. & Imperator concedit Synodum Ephesi celebrandam. 30. Episcopi huic Conciliabulo interfuerent. *Id factum in odium veri Concilii Ephesini.*

Ephesinum Conciliabulum tempore Leonis Papæ I. & Theodosii Imperatoris. an. 449. In quo Flaviani Concilium improbat, Eutiches absolvitur, Episcopi Catholici autem Concilio ejiciuntur, aut deponuntur. Ipse Flavianus ad Papam appellans calcibus occiditur. Hinc est quod hic cœtus vocatus sit predatoria, aut latrocinialis Synodus. 128. Episcopi huic Conciliabulo interfuerent. *Id factum in odium Concilii Ephesini.*

Romanum 3. Sub Leone & Valentiniano Imperatore. an. 449. Leo ut accepit à Legato suo, quæ Ephesi gesta fuerant, acta Conciliabuli Ephesini ut detestanda reprobavit. Nomina Episcoporum exciderunt. *Executio fuit veri Concilii Ephesini.*

Constantinopolitanum sub Leone Papa I. & Theodosio Imperatore. an. 450. In locum Flaviani inique damnati & crudeliter occisi subrogatur Anatolius, qui voluit promotionem suam contra leges Ecclesiæ actam reparari. Ad hoc Papa quatuor mittit legatos, qui lapsos aut inique promutos ab errore relipescentes reciperent. Anatolius fidei confessionem Catholicam cum aliis edidit. Omnes in sede sua confirmati sunt. Nestorio & Euticheti anathema dictum est. *Executio fuit Ephesini, & dispositio ad Chalcedonense.*

Concilium S. Patricii in Hibernia Sub eo-

D E V E R O U S U C O N C I L I 171
dem Leone Papa, Valentiniano & Marciano
Imperatoribus anno 450. in quo collecti sunt
varii Canones in variis Ecclesiis constituti,
ut Ecclesia hibernica, quæ adhuc erat in
eunis, omuem idololatriam procul abjeceret.
Collecti sunt 34. Canones, & postea legun-
tur collecti, sed ita mutili ut vix intelligi
possint.

C h a l c e d o n e n s e G e n e r a l e IV. Sub Leone Pa-
pa L. & Marciano Imperatore anno 451. in
quo damnatus est Eutiches unam tan-
tum naturam in Christo admittens 630.
Episcopi huic Concilio interfuere.

A r e l a i e n s e sub Leone Papâ I., Valentiniano
& Marciano Imperatoribus anno 452. Eccle-
siastica disciplinâ in multis deformata fuerat:
ideoque Congregatum est Concilium Arela-
tense, in quo editi sunt 56. Canones. Aliqui
25. tantum, aut 34. recensent. De numero
Episcorum nihil scitur.

A n d r a v e n s e sub Leone Papa I. Valenti-
niano & Marciano Imperatoribus anno 453.
in quo editi sunt 22. Canones ad mores &
disciplinam pertinentes. 7. Episcopi huic
Concilio subscripti sunt.

A r e l a i e n s e II. Sub Leone Papa I. Valen-
tiniano & Marciano Imperatoribus anno 455.
in quo exorta inter Theodorum Episcopum
Fotojuliensem & Faustum Lirinensem Abbatem
controversia, quam multi finite non poterant,
certis conditionibus finita est, quibus Mona-
chi à jurisdictione Episcopi substracti sunt.
Hinc defumunt aliqui originem privilegio-
rum Monasticorum.

C o n s t a n t i n o p o l i a n u m sub Leone Papa, iij;
P iij;

demque Imperatoribus anno 459. in quo Gen-
adius Ecclesiam Constantinopolitanam à
labe Simoniaca purgare conatus est. 81.
huic Concilio adfuere.

Turonitum sub Hilario Papa & Severo Im-
peratore anno 461 cum plures Episcopi
occasione Festi Sancti Martini in Turonensem
Urbem convenissent , facto Concilio 13. Ca-
nones ediderunt circa mores & disciplinam
10. Episcopi huic Concilio interfuerunt.

Veneticum sub Hilario Papa & Severo Im-
peratore. anno 463. cum plures Episcopi in
venetorum urbem venissent , Episcopum or-
dinandi causa , occasionem nacti 16. Canones
vel edidetunt vel editos confirmarunt , qui
omnes & mores & disciplinam respiciunt ;
6. Episcopi huic Concilio subscrivserunt.

Arelatense sub Hilario Papa & Severo Im-
peratore anno 465. in quo agitata est causa
Mamertini Viennensis Episcopi qui Diensem
Episcopum ordinaverat , licet Ecclesia Dien-
sis Arelatensi Metropolitæ subjiceretur. Hi-
larius Papa scripsit quod hæc ordinatio con-
firmanda erat per Leontium Arelatensem Epis-
copum , ad quem de jure pertinebat. 20.
Episcopi interfuerent.

Romanum sub Hilario Papa & Severo Im-
peratore anno 465. Is abusus irrepererat in Ec-
clesiam , quo Episcopi decedentes successo-
rem sibi eligebant , ex quo Nundinarius Bar-
cinonensis sibi Iraneum successorem constitue-
rat. Concilium huic malo medetur editis 5.
Canonibus. Huic Concilio interfuerent 48.
Episcopi.

Viennense sub Simplicio Papa & Nepote

Imperatore. anno. 474. cum Viennenses populi terræ motibus & feratum incurribus & annonæ penuria affligerentur, Mammertus rogationes instituit, quibus diebus, inquit Sidonius, jejunatur, oratur, psallitur, & fletur.

Arelatense sub Simplicio Papa & Nepote Imperatore anno. 475. eo tempore fuerunt in Gallia aliqui, qui docebant per prædestinationem fatalem induci necessitatem, qua bonum operum studium præscinderetur. Hic error damnatus est in hoc Concilio. Numerus Episcoporum ignoratur.

Lugdunense sub Simplicio Papâ & Nepote Imperatore anno 475. in quo idem error circa prædestinationem damnatus est.

Romanum I. sub Felice III Zenone Imperatore, & Odoacro Rege anno 483. Zeno Imperator Joannem virum Catholicum ex Alexandrina sede deturbaverat, & Petrum Mongum virum hæreticum ei subrogarat. Felix Papa Joannem sic deturbatum excepit, & Concilium Romæ Congregat, in quo legatio ad Zenonem statuitur, & ad Acacium Constantinopolitanum. ut Joannes restituatur. Damnatus est etiam Petrus fullo in Antiochena sede per vim Martyrii successor, qui in trisagio Sanctus, Sanctus, Sanctus superaddi volebat, qui passus est pro nobis, quasi Trinitas passa esset. Episcopi hujus Concilii ignorantur.

Romanum. II. Sub Felice tertio & Zeno- ne Imperatore & Odoacro Rege anno 484. Vitalis & Missenus missi à Papa ad Zenonem male excepti sunt, & in carcerem missi. Aca-

cus eos s^epe in carcere invisit, & artibus suis effecit, ut legati cum ipso communicarent, & petri Mongi nomen in sacris nominari patarentur. Legatis Romam reducibus congregatur Concilium, iu quo Vitalis & Millesius legati ob perfidiæ lapsum condemnantur, & ex Episcopatu deponuntur. Acacius solemini decreto Apostolica autoritate condemnatur, eique hæc sententia per Monachum intimatur. Episcopi 77. huic Concilio interfuerunt.

Conciliabulum Carthaginense sub Felice 3.
& Zenone imperatore anno 484. Hunericus Rex Vandalorum jussit minacibus litteris omnes Episcopos Catholicos Carthagine Congregari ut cum Episcopis Arianis disputatione de consubstantialitate, eamque ex scripturis probarent. In eo Conciliabulo fertur sententia contra Catholicos etiam non auditos 348 relegati sunt 28. fugerunt, unus supplicium passus est, alter confessio occubuit. Omnes Episcopi, qui interfuerunt, erant 465. *Fuit in odium Nicene fidei*

Romanum III. Sub Felice. I II. Zenone Imperatore anno 487. mortuo Hunnerico Vandalorum Rege Ecclesia pacem obtinuit sub Gundabundo ejus successore, qui Iaphi faerant in persecutione petunt recipi in Ecclesiæ, Congregatur Romæ Concilium, in quo hæc determinantur. 10. ut Clerici Iaphi Laïca tantum communione in morte donentur. 2°. Monachi & Laïci Iaphi, per triennium stent inter audientes. & in morte solum viaticum accipiant. 3°. Ut ætate parvuli inter pœnitentes retineantur, donec communionis

sint capaces. 40. si mortis necessitas cogat
penitentes poterunt communione donari,
cum obligatione tamen percurrenti constitutum
penitentiae tempus, si convalescant.
Huic Concilio 38. Episcopi interfuerunt. In libel-
lo Sidonico circa hæc tempora quedam repe-
riuntur Concilia de causis particularibus agen-
tia, in quibus invasores Episcopatum de-
ponuntur, quæ ex industria omittimus.

Romanum I. Sub Gelasio Papâ, Anastasio
Imperatore, & Theodoricô Rege anno 494-
in quo libri Apocryphi recensentur, & ab
iis, quos Ecclesia tecipit, seponuntur. Huic
Concilio adsuertunt 70. Episcopi.

Romanum II. Sub Gelasio, Anastasio Im-
peratore, & Theodoricô Rege anno 495. in
quo cum Vitalis communione Ecclesiasticâ
privatus obfisset, Missenus resipuit & poenitentiam
multo cum gemitu postulavit, dicens
parce prostrato, porrige manum jacenti; ideo
in hoc Concilio receptus est, postquam eju-
ravit omnes haereses. 55. Episcopi huic Con-
cilio subscripti.

Romanum I. Sub Symmacho Papa Anas-
tasio Imperatore, & Theodoricô Rege anno
499. cum in electione Symmachi schisma or-
tum esset, & Laurentius Antipapa huic
electioni contradiceret, Theodoricus licet
Arianus jussit Concilium Romæ Congregari,
in quo determinatum est Symmachum Legiti-
mum Papam esse, & generaliter definitur,
quod quoties circa electionem certamen
emiserit, vincat sententia plurimorum. Huic
Concilio interfuerunt 72. Episcopi. *Dispositio*
fuit ad Concilia generalia circa electionem
Papæ.

Romanum II. Sub Symmacho Papa Anastasio Imperatore & Theodorico Rege. anno 500. in quo Symmachus legitimus Papa declaratur, & Laurentius pro invasore habetur. Huic Concilio interfuerunt 115. Episcopi, de quo numero tamen planè non constat. *Dispositio fuit ad Concilia circa electionem Papa.*

ARTICULUS VII.

De Conciliis sexto sæculo habitis.

Romanum III. Sub Symmacho Papa & Theodorico Rege anno 501. Symmachus accusatus voluit ab Episcopis judicari, iussu Regis Theodorici Congregantur Romæ multi Episcopi, qui sine magna discussione, imo non auditis adversariis innocentem Symmachum declarant, non tam rem judicando, quam schisma sopiendo. Revera Concilium illud vix pro vero Concilio haberi potest, cum autoritate politica coactum sit. 115. Episcopi creduntur interfuisse.

Romanum IV. Sub Symmacho & Anastasio Imperatore & Theodorico Rege anno. 502. in quo plenariè confirmata est Symmachii electio, & abrogantur tria edicta lata à Rege Odoacro, ut pote libertati Ecclesiasticæ contraria. Primum erat, ne absque consultatione & consensu Regis Italiz fieret electio Summi Pontificis. Secundum ne liceret Summo Pontifici quidquam ex Ecclesiæ bonis alienare. Tertium bona Ecclesiæ superflua in piis usus esse distrahenda. Leges illæ ex parte justæ irritæ declarantur; quia feruntur à Rege

Laico : nam Concilium idem ex parte jussit observari. Huic Concilio interfuerunt 64. Episcopi. *Dispositio fuit ad Concilia Generalia de electione Papæ.*

Romanum. V. Sub Symmacho Papa Anastasio Imperatore & Theodosio Rege. anno 503. Schismatici scribunt contra confirmatam Symmachi electionem , Congregatur Concilium , & Ennodius eligitur , qui respondeat adversariorum calumniis. 218. dicuntur interfuisse Episcopi.

Romanum VI. Sub Symmacho Papa , Anastasio Imperatore & Theodosio Rege. anno 504. in quo invasores bonorum Ecclesiastico-rum anathemate percutiuntur ; quia bona Ecclesiastica ad substantiam pauperum derelicta nulla auctoritate invadi possunt. Numerus Episcoporum hujus Concilii ignoratur.

Byzacenum in Africa sub Symmacho Papa & Anastasio Imperatore anno 504. in quo restitutur Trasamundo Regi , qui ut Ecclesiam aboleret veterabat , ne defunctis Episcopis alii ordinarentur , qui in defunctorum locum succederent.

Agathinense sub Symmacho Papa , Anastasio Imperatore , Alatico Rege anno 506. in quo 71. Canones constituuntur ad mores & disciplinam pertinentes. Huic Concilio interfuerunt 35. Episcopi.

Toletanum I. Sub Symmacho Papa , Anastasio Imperatore & Alatico Rege. anno. 507. hujus acta omnino perierunt inquit Balusius.

Aurelianense sub Symmacho Papa Anastasio Imperatore & Clodovao Rege. anno

511. in quo 33. Canones constituantur mores & disciplinam respicientes. 32. Episcopi huic Concilio interfuerunt.

Conciliabulum Sidonianum in Palestina tempore Symmachii Papæ & sub Anastasio Imperatore anno 512 in quo Eutichiani & Acephali Synodum Chalcedonensem damnarunt, & Flavianum Antiochenum, & Eliam Hierosolymitanum defensores Concilii Chalcedonensis sedibus suis ejecerunt.

Rhemense sub Hormisda Papa & Anastasio Imperatore & Theodorico Rege anno 514. in quo actum est de reformanda disciplina in Ecclesia Gallicana.

Epiritanum sub Hormisda Papa & Anastasio Imperatore & Theodorico Rege anno 516. in quo recepta sunt quatuor Generalia Concilia, & omnes hæretici rejecti.

Gerundense sub Hormisda Papa & Anastasio Imperatore & Theodorico Rege in quo editi sunt 13. Canones ad mores & disciplinam pertinentes. Septem huic Concilio interfuerere Episcopi.

Epaonense sub Hormisda Papa Anastasio Imperat. & Childeberto Rege anno 517. in quo editi sunt 40. Canones ad mores & disciplinam pertinentes. Interfuerunt huic Concilio 25. Episcopi.

Lugdunense. Sub Hormisda Papa & Anastasio Imperatore & Childeberto Rege. anno 518. cum Stephanus vir præpotens incessuose viveret cum Palladia & cum Episcopi aliquando zeli minus prudentis arguerentur, si similes personas corriperent, Congregatum est Episcoporum Concilium, & Stephano

phano, & palladiæ usque ad orationem plebis, que post Evangelia legeretur, orandi in locis Sanctis spatium præstatur, & præcipitur, ut Episcopi mutuo sese juvent contra magnatum non resipiscentium vexationes.

Constantinopolitanum sub Hormisda Papa & Justino Imperatore anno. 518. in quo Concilium Chalcedonense, quod quidam hæretici rejicebant, suscipitur; nomina Euphemii & Macedonii sacris Dypticis inscribuntur; sed quia Euphemius & Macedonius favebant Eutichianis, quantum ad hoc Concilium istud à Romano Pontifice reprobatur, & mittuntur legi in Constantinopolim, qui hæc omnia componant. *Quadraginta Episcopi* huic Concilio interfuerunt. *Executio fuit Chalcedonensis.* Ierosolymitanum sub eisdem anno 518. in quo præcedens Synodus confirmatur.

Tyrium sub Hormisda Papa Justino & Anastasio Imperatoribus. anno 518 in quo præcedentes Synodi Constantinopolitana & Ierosolimitana confirmantur. Inde forsitan motus est Justinus ut Chalcedonense Concilium editio recipi præcipiter. *Executio Chalcedonensis.*

Romanum sub Hormisda, Anastasio Imperatore & Theodorico Rege. anno. 519. in quo concluditur reconciliatio Ecclesiæ Græcæ & Latinæ, modo Acacius Schismaticus, Euphemius & Macedonius condemnantur, & eorum nomina è Diptycis expungantur. Quot fuerint Episcopi ignoratur.

Ierdensi sub Joanne Papa primo Justino Imperatore & Theodorico Rege anno 524. in quo editi sunt sexdecim *Canones* ad mores

180 MORALIS CHRISTIANA;
& disciplinam pertinentes. Episcopi novem
huic Concilio subscripsérunt.

Valentinum in Hispania sub Joanne Papa I. Justino Imperatore & Theodorico Rege an. 524. in quo statuuntur quædam ad Missæ celebrationem, ad recitationem officii & ad defunctorum exequias pertinentia, quæ omnia sex Canonibus concluduntur. Septem Episcopi huic Concilio subscripsérunt.

Arelatense sub Joanne Papa I. Justino Imperatore & Theodorico Rege an. 524. Cum Episcopi ad dedicationem Ecclesie sanctæ Mariæ in eam urbem venissent, occasionem nacti ediderunt quatuor Canones, quibus quo pacto recipiendi sunt ordines, præscribitur. Tredicim Episcopi huic Concilio interfuerunt.

Juncense sub Joanne Papa I. Hilderico Vandolorum Rege an. 524. Cum aliqui Episcopi superioribus suis obedientiam detrectarent, coactum est Concilium, & Consultus Bonifacius Carthaginensis Episcopus. Numerus Episcoporum hujus Concilii ignoratur.

Carthaginense sub Joanne Papa I. & Hilderico Rege an. 525. in quo leguntur Nicæni Canones juxta exemplar ab Attico missum, & pax ita componitur, ut post Numidiam se queretur Byzatena, quam utramque Proconsularis præcederet. Actum est etiam de Monachorum privilegiis. *Concilium respicit disciplinam.*

Carpentoracense sub Felice Papa IV. Justiniano Imperatore & Childeberto Rege an. 527. in quo determinatur Episcopum non debere de bonis Ecclesie pro arbitrio dispone-re, sed sibi juxta necessitatem, & non ul-

tra assumere. Huic Concilio sexdecim interfuerunt Episcopi.

Arausicanum II. sub Felice IV. & Justiniano Imperatore & Childeberto Rege an. 529. in quo explicatur materia de gratia Christi, de prædestinatione, & eduntur 25. Canones expressis verbis ex Aug. desumpti. Tredecim interfuerunt Episcopi. *Dispositio ad Tridentinum circa gratiam.*

Valentinum ad Rhodanum sub Felice Papa IV. Justiniano Imperatore & Childeberto Rege an. 529. in quo confirmatur, quod in Arausicanu Conclilio circa gratiam & prædestinationem fuerat definitum. Non scitur numerus Episcoporum hujus Concilii. *Dispositio ad eandem decisionem.*

Vasense sub Felice IV. Justiniano Imperatore & Childeberto Rege an. 529. in quo cum decessent Seminaria ad instructionem Clericorum, statuuntur 5. Canones ad dirigendam Clericorum institutionem. Episcopi undecim huic Concilio interfuerunt.

Carpentoractense. Tempus ignoratur. Agracius ad annum suspenditur ob ordinationem à se perperam factam. Executio est Nicæni circa ordinationes illicitas.

Toletanum II. sub Bonifacio Justiniano Imperatore & Almarico Rege an. 531. in quo 5. eduntur Canones, quibus cavitur ne infantes ad Clericatum properanter admittantur. Octo Episcopi huic Concilio interfuerunt.

Romanum sub Joanne Papa II. & Justiniano Imperatore an. 532. Monachi aliqui Euticheti sayentes volebant Concilio Chalcedo-

nensi addenda esse hæc verba. *Unum de Trinitate esse Crucifixum Christum*; Legati Papæ nolebant id permettere, declarantes hanc additionem esse Concilio injuriosam, Monachi Legatos ex hoc Nestorianismi accusabant, Hormissa confirmat sententiam Legatorum. Hinc oritur nova difficultas: *Si unus de Trinitate, inquietabat Nestorii defensores, non est passus, ergo unus de Trinitate non est natus, nec proinde Maria Dei Genitrix dici potest.* Congregatur Romæ Concilium, in quo declaratur veram esse hanc propositionem: *Una ex tribus personis Trinitatis passa est secunda scilicet.* Episcopi non referuntur. *Executio fuit Chalcedonensis.*

Carthaginense sub Joanne Papa II. Justiniano Imperatore an. 534 scripserant Africani præsules, quomodo sacerdotes Ariani ad Ecclesiam reduces recipiendi essent, quomodo filii Arianorum ad clerum admittendi essent, & quomodo agendum cum Monachis, qui jam privilegiis uti incipiebant; Joannes obiit interim. In hoc Concilio hoc privilegium conceditur Monachis, quod ab Episcoporum autoritate & jurisdictione eximantur.

217. Episcopi interfuerunt.

Arvernense sub Agapito I. Justiniano Imperatore & Childeberto Rege an. 535, in quo quindecim editi sunt Canones ad mores & disciplinam pertinentes. Quindecim Episcopi huic Concilio interfuerunt.

Constantinopolitanum post obitum Agapiti sub Justiniano Imperatore an. 536. habitum in Monasterio Dytico, in quo Concilio damnati sunt Anthymus, Petrus Severus & Zoa-

gas, Accephali dicti, eo quod essent sine capite, sine lege, sine superiore, omnemque autoritatem tam Ecclesiasticam quam civilem rejicerent; ideoque damnati sunt ab hoc Concilio, & ab Imperatore Justiniano. Quinquaginta Episcopi huic Concilio interfuerunt.

Hierosolymitanum sede vacante sub Justiniano Imperatore. an. 336. In quo idem Athimus damnatus est, & depositus declaratus. Huic Concilio interfuerunt 45. Episcopi.

Aurelianense sub Sylverio Papa Justiniano Imperatore, & Childeberto Rege. an. 538. Multa erant inordinata in Clero & inter Laicos, ideo Congregatur Concilium, in quo triginta duo Canones editi. Decem & novem Episcopi interfuerunt, & septem per Procuratores.

Barcinonense sub Vigilio Papa, Justiniano Imperatore & Teudis Hispanorum Rege. an. 540. Poenitentes poenitentiae leges cum magna incuria exequabantur, vulgares habitus gestabant, in conviviis conversabantur; ideo editi sunt decem Canones in hoc Concilio, ut huic malo remedium affectretur. Episcopi septem huic Concilio interfuerunt.

Aurelianense. I. Sub Vigilio Papa Justiniano Imperatore & Childeberto Rege. an. 541. In quo editi sunt triginta & octo Canones mores & disciplinam respicientes. Huic Concilio interfuerere triginta & sex Episcopi.

Aurelianense II. Sub Vigilio Papa & Justiniano Imperatore & Childeberto Rege. an. 549. In quo editi sunt 24. Canones circa mores & disciplinam, Episcopi quinquaginta,

procuratores viginti & unus interfuerunt.

Arvernense sub eisdem. Nihil est aliud istud Concilium quam prioris approbatio. Episcopi decem interfuerunt.

Mopsuestenum sub Vigilio Papa & Justiniano Imperatore. an. 550. Theodorus Mopsuestenus Nestoriani erroris autor habitus est, ideo edicto Justiniani Synodus cogitur, ut inquiratur, num è diptycis Theodori nomen expunctum fuisset, & ejus loco substitutum Cytilli nomen, quod ita factum inventum est. Episcopi novem interfuerunt cum magistratibus. Executio fuit Ephesini, & dispositio ad tria Capitula.

Constantinopolitanum V. Generale sub Vigilio Papa & Justiniano Imperatore. an. 553. In quo controversia dicta de *tribus capitulis* dirimitur. Tria autem Capitula sunt ista. Primum An persona Theodori Mopsuesteni, qui credebatur usque ad mortem adhæsse Nestorio, deberet anathematizari. 2um. an. Scripta Theodoreti contra Cytillum continerent errorem Nestorii. 3um. An Epistola Ib^e Edesenii scripta ad Marin, in qua laudabatur Nestorius, errorem Nestorii contineret. Imperator damnaverat hæc tria capitula, eorum condemnationi fortiter restiterat vigilius Papa, ea nec probarat nec improbarat Concilium Chalcedonense, sed inexaminata & indecisa reliquerat, ea tandem damnar. Concilium Generale, judicat Theodorum Mopsuestenum dignum anathemate, quia supponit usque ad mortem adhæsse Nestorio; judicat Anathematismos Theodoreti, & Epistolam Ib^e contingere aut saltē favere Nestorianismo,

Hierosolymitanum sub Vigilio Papa & Justiniano Imperatore. an. 553. In quo Synodus s. Constantinopolitana approbatur, & in primis damnatio trium Capitulorum. *Fuit executio 52. Synodi.*

Conciliabulum Aquileiense sub Vigilio Papa & Justiniano Imperatore 553. In quo Synodus sa. Generalis quasi contraria Concilio Chaleedonensi rejicitur. Multi fuerunt in ea Synodo Episcopi, sed Græcæ Linguae ignari, ideo non poterant judicare de scriptis Theodori. Hinc schisma ortum est, quod per centum annos duravit. *Fuit impugnatio 52. Synodi.*

Arelatense sub Vigilio Papa & Justiniano Imperatore & Childeberto Rege. an. 554. In quo editi sunt Canones septem ad disciplinam & mores pertinentes. Episcopi undecim huic Concilio interfuerunt.

Parisiense sub Pelagio Papa & Childeberto Rege. an. 555. In quo suffractus Parisiensis Episcopus multis criminibus accusatus, & propria Confessione convictus, deponitur, & in Monasterium ad paenitendum detruditur. Episcopi viginti septem interfuerunt. . . . *Damnatio Episcoporum per solum Concilium Provinciale.*

Parisiense sub Joanne 3. Justiniano Imperatore 557. In quo excommunicantur invadentes jura Ecclesiastica. Et circa hoc septem Canones eduntur.

Conciliabulum Constantinopolitanum Eutychianorum tempore Joannis Tertii, & sub Justiniano Imperatore. an. 560. Eutichiani inter se dissidentes alii volebant corpus Christi esse

corruptibile, alii incorruptibile. Justinianus suo edito erroneè declaravit corpus Christi esse expers corruptionis, & Eutichium, qui ei restiterat, in exilium ablegavit. Quot fuerint Episcopi ignoratur.

Braccarense sub Joanne 3. sub Justiniano Imperatore & Theodorico Rege. an. 563. In quo editi sunt 22. Canones circa mores & disciplinam, & septemdecim contra Priscillianistas errores Sabellianorum, Arianorum, & Manichæorum jam in Nicæno damnatos renovantes. *Fuit execilio Nicæni.*

Santonense sub Joanne 3. & Clothario Rege. an. 563. In quo Emerius Episcopus, qui sola autoritate Clotharii Episcopatum Santonensem invaserat, intrusus declaratur à Leontio Burdigalensi cum suis suffraganeis, quod Rex inique tulit, & Presbiterum, qui decretum Concilii attulerat, exilio damnavit. Leontium mille aureis multavat. Ignoratur numerus Episcoporum hujus Concilii. *Dispositio est ad Photii & similium intrusorum condemnationem.*

Lucense I. In Hispania sub Joanne 3. annus incertus est. In eo Concilio in Galacia nova instituitur Metropolis Braccarense subdita.

Lugdunense I. Sub Joanne 3. & Chariberto Rege an. 567. In quo Saloni & Sagittarius variis sceleribus celebres arguuntur, sed lapsi in eadem scelera Cabiloni deponuntur. Sex sunt ibi Canones editi circa mores & disciplinam Octo interfuerunt Episcopi, & sex per procuratores. *Judicium Episcoporum in Provincia.*

Turonense sub Joanne 3. & Chariberto

Rege. an. 567. In quo editi sunt 27. Canones circa mores & disciplinam.

Braccarense sede vacante sub Mirone Rege an. 572. In quo decem editi sunt Canones circa mores & disciplinam. Novem interfuerunt Episcopi.

Lucense 2. Sede vacante an. 572. In quo Canones Collecti à Martino Dumeni Episcopo lecti sunt.

Parisiense I. Sub Benedicto Papa I. & Chilperico Rege. an. 573. Quidam in Dunensi Castro Ecclesiam regebat, ab Episcopo Rhemensi licet in aliena Provincia Consecratus Episcopus, Pappolus Carnotensis Episcopus; in cuius Diœcesi Castrum situm erat, conqueritur de hac inordinata consecratione, Aegidius Rhemensis jubetur in hoc Concilio advocare ad se eum, quem ordinaverat, & ordinatus inhibitetur actiones Episcopales exercere. 32. Episcopi interfuerunt. *Executio est Nicæni vetantis ne Episcopi Pontificalia extra suam Diœcesim exerceant.*

Parisiense. 2. Sub Benedicto, I. & Chilperico Rege. anno 577. Brunechildis Sigeberti Regis vidua Rhotomagi exulabat, Prætextatus hujus urbis Episcopus accusatur coram Chilperico, quod autor fuisset conjugii, quod Meroveus cum Brunechilde inierat. Prætextatus purgavit se ab hac calunnia in hoc Concilio, sed delusus à Rege, qui veniam promiserat, se r̄um contra veritatem confessus est. Qui Rex postea urget Concilium, ut Prætextatus damnetur juxta suam Confessionem. Episcopi Regi conniventes damnant Prætextatum; Gregorius Turonensis negat

subscribere huic condemnationi. Prætextatus in exilium mittitur. Quadraginta quinque Episcopi creduntur huic Concilio interfuisse.

Antissidioense sub Pelagio Papa 2. & Chilperico Rege. an. 578. In quo editi sunt 45. Canones ad mores & disciplinam pertinentes. Huic Concilio interfuit unus Episcopus, septem Abbates, triginta quatuor Presbiteri; Diaconi tres.

Brennacense sub Pelagio Papa II. Et Chilperico Rege. an. 581. In quo Gregorius Turenensis à Leudaste falso accusatur, quod de uxore Regis male locutus fuisset, quod impudicè cum Berthemanu Burdigalenſi Episcopo se commiscaisset, calumnia detecta est, Gregorius absolvitur, & Leudastes excommunicatur Nescitur numerus Episcoporum hujus Concilii.

Matisconense. I. Sub Pelagio II. Guntrammo & Chilperico Regibus. an. 581. In quo Judæorum coercetur audacia, qui Christianis insultabant. 19. Canones circa mores & disciplinam editi sunt. 21. Episcopi subscripti-
runt.

Lugdunense sub Pelagio Papa II. Mauritio Imperatore, & Chilperico Rege. an. 583. In quo editi sunt sex Canones circa mores & disciplinam. Octo subscripti-
runt Episcopi.

Valentinum sub Pelagio II. Guntrammo & Chilperico Regibus. an. 584. In quo Guntramnus Rex & Astrechildis Regina donationes Ecclesiæ factas eonfirmarunt, & irrevo-
candas voluerunt. Septemdecim subscripti-
runt Episcopi.

Concilium incerti loci sub Pelvio. 1. anno 585. In quo multa dicta sunt circa castitatem Presbiterorum & judicatum est melius esse paucos haberi Ministros in Ecclesia, modo pudici essent, quam multis incontinentes Numerus Episcoporum hujus Concilii ignoratur.
Mafisonense III. sub Pelagio Papa II. Guntrammo & Clotario Regibus. an. 585. In quo editi sunt viginti Canones circa mores & disciplinam Episcopi 40. & 20. Procuratores subscripterunt.

Constantinopolitanum sub Pelagio 2. Mauro uitio Imperatore in quo Gregorius Antiochenus accusatus incestus cum sorore, innocens declaratur.

Toletanum 3. sub Pelagio Papa II. Mauricio Imperatore & Recaredo Rege an. 589 In quo Gothi Arianam heresim ejutarunt. editi sunt 23. Canones ad mores & disciplinam pertinentes. 52. Episcopi subscripterunt. *Executione est Nicenii.*

Narbonense sub Pelagio Papa II. Mauricio Imperatore & Recaredo Rege an. 589. In quo editi sunt quindecim Canones ad mores & disciplinam pertinentes. Septem Episcopi subscripterunt.

*Hispanense sub Gregorio Papa I. & Mau*ritio Imperatore & Recaredo Rege. an. 590. In quo cautum est ne Episcopi Mancipa libera pro nutu declararent, qua manumissione bona Ecclesie decesserant. Octo interfuerunt Episcopi.

Cæsaraugustanum sub Gregorio Papa I. & Recaredo Rege. an. 592. In quo cautum est, quomodo recipiendi essent & ad Ecclesiam &

190 MORALIS CHRISTIANA;
in ceterum rediit ab heresi vel Arianorum ;
vel priscillianistarum. Novem Episcopi sub-
scripserunt. *Excutio est Nicani.*

Toletanum IV. Sub Gregorio Papa I. & Re-
caredo Rege. an. 597. In quo cautum est , ne
oratoria aut templo construi permittaretur ,
nisi in eis institueretur Clericus. Tredecim
Episcopi interfuerunt.

Oscense sub Gregorio. I. & Recaredo Rege.
an. 598. In quo providetur Clericorum con-
tinentiae , quæ maledicentium linguis labefac-
taba ut. Qui & quot interfuerint Episcopi
ignoratur.

Bareinonense sub Gregorio Papa. I. & Re-
caredo Rege. an. 599. In quo eduntur quatuor
Canones ad mores & disciplinam pertinentes.
Episcopi duodecim subscripsierunt.

ARTICULUS VII.

De Conciliis septimo seculo habitis.

Romanum sub Gregorio. I. & Mauricio
Imperatore. an. 601. In quo Gregorius
Monachos ab Episcoporum jurisdictione tum
temporali , tum spirituali exemit , vetans ne
Episcopi visitent Monasteria , eorum redditus
sibi adscribant , Monachos Abbatii quoad spí-
ritualia & temporalia subjicit , & Abbatem
summo Pontifici. Hunc Concilio 20. Inter-
fuerunt Episcopi 14. Presbiteri , & 4 Diaconi.

Numidianum sub Gregorio I. Mauricio Im-
peratore. an 603. In quo Donadeus Diacon-
nus injustè à Victore è gradu dejectus appellat
ad Romanum Pontificem , comperta in-
nocentia

DE VERO USU CONSIL. 191
nocentia dejecti, victoris sententia rescindit-
tur. Numerus Episcoporum hujus Conci-
lii nescitur.

Romanum sub Bonifacio Papa III. & Phoca
Imperatore. an. 606. defuncto Gregorio Sabi-
nianus ei successit, cui successit Bonifacius.
Hic congregat Concilium, in quo cautum
est, ut non prius de eligendo Pontifice agatur,
quam defunctus Pontifex triduo sepultus sit.
72. Episcopi interfuerunt. Dispositio est ad Con-
cilia Generalia, in quibus de electione Papæ
actum est.

Parisiense sub Deus dedit Papa, & Clota-
rio Rege. an. 615. In quo editi sunt quindecim
Canones. Ad mores & disciplinam per-
tinentes. Episcopi 79. interfuerunt huic sy-
nodo.

Hispalense sub Bonifacio Papa III. Hera-
clio Imperatore & Sigeberto Rege. an. 619.
In quo editi sunt 12 Canones ad mores &
disciplinam pertinentes. Episcopi 8. subscrip-
serunt.

Rhemense sub Honorio Papa I. & Dagoberto
Rege. an. 630. In quo editi sunt viginti
Canones, quibus providetur ut bona Ecclesiæ
conserventur. 50. Episcopi subscripterunt.

Conciliabulum Alexandrinum tempore Hono-
rii Papæ I. & Heraclii Imperatoris, & Sile-
nandi Regis. an 633. In quo Cyrus Alexan-
drinus proponit reticendas esse voces duarum
operationum, & duarum voluntatum in Chris-
to, ut pax in Ecclesia servaretur. Occasio fuit
haereseos Monothelitarum.

Toletanum 5. 6. 7^{um}. Sub Honorio intra
paucos annos celebrantur. In triplici illo Con-

Tem. VIII.

R

193 MORALIS CHRISTIANA
cilio editi sunt 98. Canones ad mores & disciplinam pertinentes.

Conciliabulum Constantinopolitanum sub Severino Papa, & Heraclio Imperatore. an. 639. Heraclius Imperator suasit Sergii Constantinopolitani Ecclésim, id est expositionem proponuit, in qua Monothelismus continebatur. Sergius Congregat Concilium, jubetque Ecclésim recipi. Quot interfuerint Episcopi ignoratur. *Confirmatio Monothelismi*

Romanum sub Theodoro Papa & Constante Imperatore Paulus Monothelita suasit Constanti Imperatori, ut *Typum* ederet, quo indicebatur silentium circa hanc quæstionem, an Christus unam vel duas haberet voluntates. *Typus* ille in hoc Concilio damnatur, quia silentium male præcipitur circa rem fidei, & Paulus deponitur. Ignoratur quot fuerint Episcopi. *Dispositio est ad damnandum Monothelismum.*

Lateranense sub Martino Papa I. & Constante Imperatore. an. 649. In quo Martinus constanter recusavit approbatæ *Typum* Imperatoris, & professio fidei edita est, in qua referuntur plures hæreses, & condemnantur. *Centum & quinque* Episcopi subscripserunt. *Dispositio* fuit sextæ Synodi contra Monothelitas.

Cabillonense sub Martino Papa & Clodoveo II. Rege & Constante Imperatore. an. 650. In quo 20. Canonibus editis repressa est sacerdotalium aviditas, qui sub pretextu boni publici bona Ecclesiastica sibi adscribebant. Triginta & octo Episcopi interfuerunt.

Toletanum VIII. sub Martino Papa. & Constante Imperatore. an. 653. In quo editi sunt

13. Canones ad mores & disciplinam pertinentes, cui subscripti serunt 52. Episcopi. Toletanum IX Sub Eugenio & Constante Imperatore. an. 655. In quo editi sunt 17. Canones ad mores & disciplinam pertinentes. Toletanum X. Sub Vitaliano & Constante Imperatore. an. 656. In quo instituto festo Annuntiationis, editi sunt Canones 6. Cui Concilio Viginti Episcopii subscripti serunt. Toletanum XI. Sub Adeo dato, & Constantino Pogonato an. 675. In quo post factam professionem fidei, quâ explicatur Mysterium Trinitatis, & incarnationis sexdecim editi sunt Canones ad mores & disciplinam pertinentes. Sexdecim Episcopi subscripti serunt.

Emeritense sub Vitaliano Papâ & Constante Imperatore. an. 666. In quo editi sunt.
23. Canones ad mores & disciplinam pertinentes. 12. Episcopi subscripti serunt.

Herufordense sub Adeodato Papa & Constantino Pogonato Imp. an. 673. In quo ortâ circa celebrationem Paschatis discordia inter Scotos determinatum est Pascha non celebrandum esse ipso die Dominico, qui incidet decima quarta lunâ, sed differendum ad Dominicam sequentem. 6. Episcopi interfuerunt hoc Concilium fuit quasi executio Nicenæ.

Braccarense sub Adeo dato & Constantino Pogonato. an. 675. Incuria Episcoporum ed processerat, ut lacte pro vino in Sacrificio uterentur, & Vasa Sacra in usus profanos adhiberent, &c. 9. Editi sunt Canones, quibus illi abusus tollerentur. 8. Episcopi adfuere. *Dispositio ad Tridentinam Doctrinam circa Eucharistiam.*

Hedifeldense sub Agathone Papa & Constantino Pogonato. anno 680. in quo damnati sunt Monothelitarum errores. *Fuit dispositio ad sextam Synodum Generalem.* Ignoratur numerus Episcoporum hujus Concilii.

Romanum I. Sub Agathone Papa & Constantino Imperatore. anno. 680. non nulla erant inter Angliae Episcopos dissidia, quibus componendis mittitur Abbas Monasterii Beati Martini. adfuere Episcopi 50.

Romanum II. Sub Agathone Papa & Constantino Pogonato Imp. anno. 680. in quo damnata est haeresis Monothelitarum, & decreta est legatio ad Synodum oecumenicam proxime futuram. 125. Episcopi huic interfuerunt Concilio. *Dispositio ad Synodum sextam.*

Constantinopolitanum III. & sextum Generale sub Agathone Papâ & Pogonato Imp. an. 680. in quo damnati sunt Monothelite unam tantum in Christo voluntatem admittentes.

Toletanum XII. Sub Agathone & Constantino Pogonato. an. 681. in quo 13. editi sunt Canones circa mores & disciplinam & præcipue ad poenitentiam publicam pertinentes, & Eruigius verus Rex Hispaniarum agnitus est. Interfuere 35. Episcopi Abbates 4. & procuratores. *Toletanum XIII.* sub Leone II. Papa & Constantino pogonato. anno 683. in quo vetatur, ne quis contra Regem, aut ejus uxorem, vel ejus familiam aliquid moliatur. *Toletanum XIV.* sub Benedicto Papa 2. Constantino Pogonato Imperatore, & Eruigio Rege, in quo per Epistolam Leonis & per decreta ibi planè refellitur haeresis Monothelitarum. *Executio fuit sextæ Synodi.*

Intervenerunt 17. Episcopi, & Abbates sex, Toletanum XV. sub Sergio Papa. I. Justiniano Imperatore & Egica Rege anno 688. in quo Egica Rex Hispaniarum juravit se tuiturum familiam prædecessoris sui, & approbatus est liber editus à Juliano Toletano Episcopo in quo Julianus scripsisset, quod *voluntas genuit voluntatem ob identitatem*, sicuti dicitur quod sapientia genuit sapientiam, & quod in Christo erant tres substantiae, scilicet verbum corpus & anima, qui liber fuerat à Benedicto Papa male acceptus, sed post explicacionem autoris fuit approbatus à Papa. Huic Concilio interfuerunt 61. Episcopi. Toletanum XVI. sub Sergio Papa I. Justiniano Imperatore & Egica Rege anno 693. in quo tredecim Canones editi sunt mores & disciplinam respicientes. Episcopi 59. 5. Abbates & tres procuratores subscripti sunt. Toletanum XVII. sub Sergio Papa Leontio Imperatore Egica Rege anno 694. in quo Judæi contra Christianos sævientes editio Regio reprimuntur. Editi sunt 3. Canones circa mores & disciplinam. Quot Episcopi interfuerint ignoratur. Rex ipse Concilio subscripsit.

Cæsaugustanum sub Sergio Papâ & Justiniano Imperatore & Egica Rege an 691. in quo agitur de Monasteriorum Clausura. Editi sunt quinque Canones ad mores & disciplinam pertinentes. Quot Episcopi interfuerint ignoratur.

Trullanum habitum in palatio Imperatoris juxta aliquos, juxta alio in Ecclesia dicta Trullana à Tholo, qui huic eminebat, sub Sergio Papa, & Justiniano Imperatore an-

692. in quo editi sunt 102. canones mores & disciplinam respicientes. Episcopi plusquamducenti interfuerunt.

Becanceldense. In Cantuariensi Archiepiscopatu sub Sergio Papa & Justiniano juniori Imperatore an. 694. in quo Ecclesiaturum & Monasteriorum jura omnino abrogata restituuntur. Duo interfuerent Episcopi. Duo editi Canones circa jura Ecclesiae. VVithredus Rex hujus regionis, Concilio subscripsit.

Berghamfiedense in Anglia sub Sergio Papa I. & Leontio Imperatore an. 697. in quo editi sunt 38. Canones ad mores & disciplinam pertinentes.

Conciliabulum Aquileiense tempore Sergii Papæ & sub Tiberio Imperatore an. 698. in quo rejecta est sexta Synodus Generalis quasi Chalcedonensi contraria. Quot Episcopi interfuerint ignoratur. *Confirmatio Monothelismi.*

ARTICULUS VIII.

De Conciliis octavo saeculo habitis.

Romanum sub Joanne VII. Justiniano Imperatore an. 705. in quo Justicianus Imperator petiit, ut Canones Trullani recipierentur, cui petitioni non acquievit Pontifex, indecorum judicans ea approbare, quæ in Conciliabulo gesta sunt. Quot interfuerint Episcopi ignoratur.

Conciliabulum Constantinopolitanum tempore Constantini Papæ, & sub Philippico Imperatore anno 712. in quo Joannes Episcopus Constantinopolitanus Monothelite Syno-

dum sextam Generalem damnavit. Numerus Episcoporum hujus Conciliabuli ignoratur. *Confirmatio Monothelismi.*

Romanum. 1. Sub Gregorio II. & Leone Isauro Imperatore, anno 721. in quo editi 17. Canones ad mores & disciplinam pertinentes : interfuerunt 23. Episcopi & 14. presbiteri Cardinales. *Romanum* 2. sub Gregorio II. & Leone Isauro Imperatore anno 725. in quo usus sacratum imaginum approbatur ; & damnantur Iconoclastæ. *Dispositio fuit ad 7. Synodum.* *Romanum.* 3. sub Gregorio II. & Leone Isauro Imperatore anno 632. in quo Gregorius presbiter legatus ad Imperatorem depositus fuisset, eo quod non esset ausus offerte Imperatori Litteras Papæ damnantis Iconoclastas ; sed rogante Concilio depositio hujus presbiteri versa est in impositionem pœnitentiæ, & rursus damnati sunt iconoclastæ. *Dispositio fuit ad 7. Synodum.* Eodem tempore habitum est Concilium Hierosolitanum approbans sacratum imaginum usum, & Conciliabulum Constantinopolitanum sacras imagines rejiciens, & sic preparatur decisio irrefragabilis contra Iconoclastas.

Germanicum seu Ratisbonense sub Zacharia Papa Constantino Copronymo Imperatore, & Carolumanno Rege anno 742. in quo editi sunt, 7. Canones ad mores & disciplinam pertinentes. Septem Episcopi interfuerunt.

Liptinense Liptines Palais du Roy près d'Aix la Chapelle. Sub Zacharia & sub eodem Imperatore & Rege anno 743. in quo Monachi promittunt se Régulam Sancti Benedicti observatos, & ob imminentia bella-

dantur Regi precatio, id est cum onere restitutio-

nis, redditus aliqui Ecclesiastici.

Sueffsonense sub Zacharia sub Constantino-
Cpronimo Imperatore & Chilperico Rege
anno 744. in quo definitum est Concilium
quolibet anno Congregandum, ne hæreses
serperent, & deinceps Canones editi sunt ad
mores & disciplinam pertinentes.

Germanicum sub Zacharia Papa Constanti-
no Copronimo Imperatore an. 745. in quo
damnatur Aldebertus male utens sanctis re-
liquiis, & falsas veris substituens, & Dæmo-
nes invocans: quæ res delata est ad Summum
Pontificem, & Romæ Congregatum est Co-
cilium, in quo Anathema dictum est Alde-
berto, nisi resipiscat, Romano Concilio in-
tersuere octo Episcopi, & 17. presbiteri Car-
dinales.

Cloveshoviense sub Zacharia & Constan-
tino Copronimo Imperatore & Edberto Rege
anno 747. in quo editi sunt triginta Cano-
nes ad mores & disciplinam pertinentes, &
propositum Egberti pœnitentiale & Canones
Bedæ ad reformatos mores. Episcopi 12.
intersuerunt.

Vermeriense sub Stephano Papa & Con-
stantino Copronimo Impet. Pepino Rege
anno 752. in quo editi sunt 21. Canones
ad mores & Disciplinam pertinentes. Quot
intersuerint Episcopi non refertur.

Metense sub Stephano Papa 2. & Constanti-
no Copron. Imp & Pepino Rege anno 753. in
quo editi sunt octo Canones, ut per hos re-
medium asserretur publicis vexationibus, qui-
bus Ecclesia premebatur à Laicis. Quot &

qui Episcopi interfuerint ignoratur.

Concilium ab Constantiopolitanum sub Stephano Papa 2. Constantino Copro. Imp. an. 754. in quo Episcopi 38. usum sacramentum imaginum ab Imperatore reprobatum condemnauit. Occasio fuit ad 7. Synodum.

Vernense sub eodem Stephano & Constantino, sub Pepino Rege anno 755. in quo 25. Canones ad mores & disciplinam pertinentes editi sunt. Qui & quot interfuerint Episcopi non refertur.

Liptinense sub Stephano 2. & Const. Copro. Imperatore anno. 756. in quo iterum redditus Ecclesiae dati sunt precario, id est sub onere restitutionis in suppeditas Regni. Quot & qui Episcopi interfuerint ignoratur.

Compendiense sub Paulo Papa. I. Const. Copro. Imp. & Pepino Rege anno 757. in quo 18. editi sunt Canones. 20. Episcopi interfuerunt.

Attiniacense sub Paulo Papa. I. Constant. Copr. Imp. & Pepino Rege. Decretæ sunt preces pro Episcopis decedentibus. Cætera acta perierunt. Interfuerunt 27. Episcopi, & Abbates 17.

Gentiliacense sub Paulo Papa I. Const. Copr. Imperatore & Pepino Rege. anno. 767. in quo agitata est quæstio de imaginibus, de Spiritu Sancti processione à Patre & à Filio sed nullum habetur hujus Concilii decretum.

Romanum Sub Stephano 3. Const. Copr. Imp. & Carolo magno Rege anno 769. Constantinus Pseudopapa sedem Apostolicam usurpaverat factus ex Laïco subito Papa. Ejus acta in hâc Synodo rescinduntur, & sanci-

tur ne imposterum ullus Papa eligatur, nisi sit saltem Diaconus. De sacris imaginibus hæc adduntur: *Crucem pro Crucifixo adoramus . . . Si quis Sanctas imagines . . . Secundum Patrum instituta venerari noluerit, anathema sit. Hæc Synodus dispositio fuit ad 7. Synodum contra Iconoclastas, & ad rite ordinandam electionem Papæ.*

Bavaricum sub Adriano Papa. I. & Carolo Magno Rege & Const. Copron. Imp. an. 772. in quo ad reformatos errores 13. Canones editi sunt. Episcopi sex interfuerunt & 3. Abbates.

Catchutense sub Adriano Papa, Constantino & Irene Imperantibus anno 787. in quo editi sunt Canones 20. ad mores & disciplinam pertinentes. Episcopi sex subscripserunt. Varii habitus sunt cœtus Ecclesiastici à Carolo Magno, antequam ad bella contra Saxones procederet, quorum decreta in capitularibus inserta sunt, ideo eos cœtus omittimus.

Nicænum II. Septimum Generale sub Adriano Papa I. Constantino & Irene Imperantibus anno 787. in quo damnati sunt Iconoclastæ, & approbatus sacerarum imaginum usus.

Aquisgranense sub Adriano Papa & Carolo Magno Rege anno 789. in quo edita 82. Capitula partim Monachos partim Clericos spectantia.

Forojuliense sub Adriano Papa Constant. Imper. & Carolo Magno, in quo contra quosdam Hæreticos de Trinitate & Incarnatione male sentientes, explicatum est My-

terium Trinitatis & Incarnationis', & editi sunt 14. Canones ad mores & disciplinam pertinentes. Executio fuit Niceni, & Ephesini, & Chalcedonenses.

Ratisbonense sub Adriano Papa I. & Carolo Magno Rege anno. 792. in quo Felix Urgelitanus Nestorianismum renovans condemnatur. Executio fuit Concilii Ephesini. Eodem tempore Narbonense damnavit eundem Felicem Urgelitanum.

Francofordiense sub Adriano Papa I. Const. Imp. & Carolo Magno Rege. anno 794. in quo juxta Dominum de Marca lib. 2. cap 17. de concord. Imp. & juxta Thomassinum lib. 12. cap. 13. de incarn. Patribus Francofordiensibus oblata sunt non vera acta Synodi Nicænae 2. sed corrupta per Constantium Cypri Episcopum, in quibus actis corruptis ita legitur: *Ego amplector & colo imagines cultu & adoratione Latræ, quam exhibeo sanctissime Trinitati; cum ē contra in vero originali græco legatur: Ego venerabiles imagines colo, solique vivificæ & supersubstantiali Trinitati cultum Latræ deferendum censeo.* Cum ergo genuinum exemplar Concilii non venisset ad manus paucum, & exemplar, quod habebant, manifestam hæresim contineret, damnarunt non Synodum Nicænam, sed hæresim, quæ in actis, quæ habebant in manibus, continebatur. In hoc Concilio editi sunt 50. Canones ad mores & disciplinam pertinentes. *In servit ad confirmandum usum legitimum sanctorum imaginum.*

Becanceldense sub Leone Papa 3. & Kenulfo Merciorum Rege anno 798. in quo 18. Epis-

202 MORALIS CHRISTIANA.
copi fortiter restiterunt Laicis, qui Ecclesiasticam autoritatem opprimebant.

Romanum sub Leone 3. Irene Imperatrice & Carolo Magno in Occidente Imperatore, in quo Felix Urgelitanus in errorem suum iterum relapsus, condemnatur.

ARTICULUS IX.

De Conciliis saeculo nono habitis.

A Relatense sub Leone 3. & Carolo Magno Imp. anno 813. in quo collectis Canonibus ex variis Conciliis in Gallia habitis, confectus est codex Gallicanus, qui usui esset in Gallia, & in Germania, & editi sunt 26. Canones ad mores & disciplinam pertinentes.

Moguntiacum sub Leone 3. & Carolo Magno Imp. anno 813. in quo editi sunt 56. Canones ad mores & disciplinam pertinentes. Interfuerunt 30. Episcopi & 25. Abbates.

Rhemense sub Leone 3. & Carolo Magno Imperatore anno 813. in quo editi sunt 44. Canones ad mores & disciplinam pertinentes. Qui & quot interfuerint Episcopi ignoratur.

Turonense sub Leone 3. & Carolo Magno Imperatore anno 813. in quo editi sunt Canones 51. ad mores & disciplinam pertinentes. Qui Episcopi adfuerint ignoratur.

Cabilonense sub Leone Papa 3. Carolo Magno Imperatore anno 813. in quo editi sunt 66. Canones ad mores & disciplinam pertinentes. Numerus Episcoporum hujus Concilii ignoratur.

Constantinopolitanum sub Leone Papa 3. & Leone

Leone Armeno Imperatore anno 813. in quo Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus damnavit Antonium Metropolitam in Silæo in sacras imagines insurgentem. Executio fuit septimæ Synodi.

Conciliabulum Constantinopolitanum tempore Leonis Papæ, & sub Leone Armeno Imperatore anno 814. Nicephoro jussu Imperatoris è sede sua dejecto, & suffecto Theodoro Melisseno habitum Conciliabulum, in quo damnata est septima Synodus, & damnatus usus sacrarum imaginum, & Episcopi Catholici vel in exilium missi, vel ex Concilio ejecti. *Confirmatio Iconoclastarum.*

Concilium apud Theodonis villam sub Leone 3. & Carolo Migno anno 814. in quo censoris subjiciuntur, qui in Clericos violentas manus injiciunt. Intetfuerunt 32 Episcopi.

Aquisgranense sub Stephano Papa 4. & Ludovico Pio Imperatore anno 816. in quo editus codex Canonum. Primus liber continet Canones 145. secundus 28 qui singuli Canones ex patribus excerpti sunt ad iustitiam vitam vel Clericorum, vel Monachorum.

Concilium apud Celichyth in Anglia sub Stephano 4. & Ludovico Pio Imperatore & Cuthredo Rege anno 816. in quo edita professio fidei, & undecim Canones ad mores & disciplinam pertinentes.

Atiniacum sub Paschale Papa & Ludovico Pio Imperatore an. 822. in quo Ludoyicus Pius qui Bernardum Italæ Regem oculis orbatis jussicerat, & inde mors secuta fuerat, publicam pœnitentiam petiit, cui responderunt

prælati: Illibatos conservari debere sacros Canones, qui firmati sunt spiritu Dei, & consensu totius mundi, obedientia principum, consonantia scripturarum.

Parisiense sub Gregorio Papa 4. & Ludovico Pio Imperatore an. 839. in quo promulgata est Epitome Canonicæ disciplinæ in tres libros divisa, quorum primus 54. secundus 13. tertius 27. capita continet, quæ omnia præparata fuerant in Conciliis habitis in quaeruor imperii locis, scilicet Moguntiæ, Lutetiæ, Lugduni, & Tolosæ. Decreta Parisiensis conservata sunt, cetera vero aliorum Conciliorum perierunt.

compendiense sub Gregorio Papa IV. & Ludovico Pio Imperatore. an. 833. Ludovicus Carolo Patri suffectus omnia patris rata esse voluit, & præcipue circè Ecclesiam. Bernardus quidam natione Hispanus maxima apud ipsum pollebat autoritate, optimates Regni hujus autoritatis æmuli, Bernardum adulterii cum Judith Imperatoris uxore accusarunt, & filios Regis Pepinum & Lotharium in patrem concitarunt. Isti Episcopos in Regem commoverunt, præcipue Ebbonem Rhenensem. Citatus est Rex ad Concilium Compendiense, & ob imputata crimina exautoratur. Paulò post in Conventu apud Sancrum Dionisium imperii ornamenta restituuntur Regi. Demum in Metensi Concilio Rex injustè excommunicatus ab Ebone absolvitur.

Concilium apud Theodonis villam sub Gregorio IV. & Ludovico Pio Imperatore an. 855. in quo Ludovicus restitutus Ebonem

accusat . hic petit à solis Episcopis judicari ; qui eum his verbis condemnarunt : secundum tuam confessionem cessa à Ministerio. Complices Ebbonis gratiam à Ludovico impetrarunt. Episcopi 43. huic Synodo subscripti serunt.

Aquisgranense sub Gregorio Papa IV. & Ludovico Imperatore an. 836. in quo jubetur , ut invasores bonorum Ecclesiae ea restituant. Agitur de moribus Episcoporum , Abbatum , & officio regum.

Engilheneimense ad Rhenum sub Gregorio IV. & Lothario Imperatore an. 840. in quo Ebbo , depositus per Lotharium restituitur , cui restitutioni subscribunt 20. Episcopi , de quâ subscriptione Ebbo monitus Rhemos rediens ordinationem exercuit , de cuius validitate multi disputant Theologi.

Aquisgranense sub Gregorio Papa IV. & Lothario Imperatore an. 842. cum Lotharius , qui solus imperium affectabat , à fratribus suis Carolo , & Ludovico in Germaniam armis pulsus esset Episcopi Aquisgranis collecti regnum in fratres Ludovicum , & Carolum transferendum judicant , & Lotharium exautorant. Sic alloquuntur Ludovicum , & Carolum : *autoritate divina , ut Regnum illud suscipiatis , & secundum Dei voluntatem illud regatis , monemus , horiamur , atque præcipimus.*

Constantinopolitanum sub Gregorio Papa IV. & Michaële Imperatore an 842 in quo heresis Iconoclastarum , quæ per centum , & viginti annos duraverat , damnata est. Ejecitus Joannes Patriarcha hæreticus ; eique sub-

titutus Methodius, qui pro veritate longum exilium passus fuerat.

Bittericense sub Gregorio IV. & Ludovico, & Carolo Imperatoribus anno 842. configmata est depositio Ebonis.

Apud Lauriacum sub Gregorio Papa IV. & Carolo calvo Rege anno 843. Anathema dictum est contra eos, qui Regiam autoritatem impeterent. Episcoporum numerus hujus Concili ignoratur.

Ad Theodonis villam sub Sergio Papa II. Lothario Imperatore, & Carolo Calvo Rege anno 844. in quo sex constituta sunt capitula de honorum Ecclesiasticorum restituentorum ratione, de Monasteriis reparandis, &c. Qui, & quot Episcopi interfuerint ignoratur,

Vernense sub Sergio Papa II. & Lothario Imperatore, & Carolo Calvo Rege anno 844. inita pace inter fratres Lotharium, Ludovicum, & Carolum Congregatum sive Concilium Vernense, in quo editi sunt 12. Canones ad mores, & disciplinam pertinentes; & quibus Rhemensi Ecclesiae Pastore destituta remedium afferebatur. Quot interfuerint Episcopi ignoratur.

Bellovacense sub Sergio Papa II. Lothario Imperatore, & Carolo calvo Rege anno 844. in quo Episcopi exponunt Carolo damna, quæ Ecclesia ex tot bellis passa est, & in quo Hincmarus in Rhemensi Ecclesia statuitur. Qui interfuerint Episcopi ignoratur.

Meldense sub Sergio Papa II. & Lothario Imperatore, & Carolo Calvo Rege anno 845. in quo actum est contra Laicos rerum

Ecclesiasticarum detentores, quæ decreta noluerunt recipere Magnates Regni Gallici, ne Abbatias, quas detinebant, cogerentur reddere. Quot interfuerint Episcopi ignoratur.

Parisiense sub iisdem. an. 846. In quo decreta Concilli Meldensis confirmata sunt, & executioni mandata.

Parisiense sub Leone IV. Lothario Imperatore, & Carolo Calvo Rege an. 847. In quo Lotharius obtinet, ut causa Ebonis iterum examinetur, sed eo non comparente iterum pulsus declaratur, & Hincmarus in ejus locum consecratur Episcopus Senonensis, Turonensis, & Hincmarus Rheniensis cum suffragalibus interfuerunt.

Moguntinum 1. Sub Leone Papa IV. Lothario Imperatore, & Carolo Calvo Rege. an. 847. In quo actum est contra invasores bonorum Ecclesiasticorum, & editi sunt 31. Canones ad mores, & disciplinam pertinentes. Episcopi 12. interfuerunt.

Moguntinum 2. Sub iisdem. an. 848. In quo Gothescalcus Monachus circa prædestinationem, & reprobationem idem sentiens juxta Hincmarum & annales à Pithæo editas, quod postea videmus sensisse Calvinum, scilicet prædestinationem & reprobationem imponere necessitatem damnatus est.

Carissacum sub iisdem. an. 849. In quo idem Gothescalcus condemnatus est, virgis cæsus, & in carcerem detrusus.

Turonense sub iisdem. an. 849. In quo Duke Britonum in Episcopos sæviens, & litteras Apostolicas spernens, excommunicatione percussus declaratur. Percussus ab Angelo sur-

bitanea morte interiit juxta Baronium. Estud
Concilium ab aliis vocatur Parisiense. 22.
Episcopi interfuerunt.

Regia Ticinum Gallicé Pavie sub iisdem.
an. 850. In quo editi sunt 25. Canones ad
mores, & disciplinam pertinentes. 3. Epis-
copi referuntur, alii verò reticentur.

Conciliabulum Cordubense tempore Leonis IV.
an. 850. In quo Pseudo-Episcopi & Martyrium
damnarunt, & debitum cultum Martyribus
reprobarunt. *Confirmatio Iconoclastarum.*

Romanum sub Eugenio Papa II. an. 826. &
auctum sub Leone IV. an. 853. In quo Atha-
nasi Presbyter Cardinalis tituli Sancti Mar-
celli agens apud Imperatorem, ut Papatum
obtineret, jussus venire Romam, & nolens
odelite, depositus est. 42. Canones circa
mores, & disciplinam editi sunt. Episcopi
67. huic Synodo interfuerunt.

Constantinopolitanum sub Leone IV. an.
854. In quo Gregorius Syracusanus Episco-
pus condemnatus est sub ratificatione Romani
Pontificis. Hinc Gregorius Ignatium deponi-
curavit. & Photium in locum Ignatii substi-
tuendum conatus est.

Valentinum sub Leone Papa IV. & Caro-
lo Calvo Rege. an. 855. In quo damnati sunt
quidam hæretici male de præscientia, de præ-
destinatione, & morte Christi sentientes, &
determinatum est tenendam esse Africani, &
Arausiani Doctrinam. Editi sunt. 23. Cano-
nes partim ad mores, partim ad fidem perti-
nentes. Episcopi 9. Interfuerunt. *Dispositio fuit*
ad Tridentini Doctrinam circa gratiam.

Carissacum sub Nicolao Papa I. Et Carolo

Calvo Rege, & Ludovico II. Imperatore.
an. 858. In quo edita sunt 15. Capitula,
quæ sunt totidem monitiones ad Regem.
Quot Episcopi interfuerint ignoratur.

Lingonense sub Nicolao Papa, & Carolo
Rege, & Ludovico Imperatore. an. 859. In
quo tenovata sunt Capitula cīr à gratiam
constituta in Palatio Catisiaco, & in Conci-
lio Valentino; & erectæ sunt scholæ, in qui-
bus Sacrae Scripturæ explicantur. Qui &
quot interfuerint Episcopi ignoratur.

Concilium Tullense sub iisdem. an. 859. In
quo examinata est Venilonis causa, qui à Ca-
rolo defecerat, quique Episcopatum Bajo-
ensem invaserat. Editi sunt 23. Canones ad
mores, & disciplinam pertinentes. 20. Epis-
copi interfuerunt.

Conciliabulum Constantinopolitanum tempore
Nicolai Papæ, & sub Michaële III. Impe-
ratore. an. 860. In quo Ignatius legitimus
Patriarcha deponitur, & Photius vir adhuc
Laicus in ejus locum substituitur. Multi Epis-
copi Aulici & assentatores Photio consen-
sunt. Confirmatio fuit erroris de intrusione.

Tullense sub Nicolao Papa I. & Carolo
Calvo Rege & Ludovico Imperatore. an.
860. In quo editi sunt Canones ad mores &
disciplinam pertinentes, præcipue contra in-
vasores honorum Ecclesiasticorum. 40. Episco-
pi interfuerunt.

Conciliabulum Constantinopolitanum sub Ni-
colao Papa I. & Michaële Imperatore. an.
861. In quo Ignatii depositioni subscripserunt
Legati Papæ, & tentatus est ipse Ignatius,
ut sacerdotetur, & scriberet propriâ manu se il-

legitime fuisse ordinatum , quod cum facere recusasset, Photius ipse pro Ignatio hæc scripsit : *Ignatius indignus Constantinopolitanus Confessor me ingressum esse sine calculis , & bis annis non me Sancte gessisse , sed Tyrannice. Huic Conciliabulo interfueret 3:8. Confirmatio erroris deiuntrusione.*

Romanum I. Sub Nicolao Papa I. Catolo Calvo Rege & Ludovico Imperatore. an. 861. In quo Joannes Ravennensis Episcopus condemnatur , eo quod etiam monitus à Papa noluisset à vexatione erga fideles desistere , sed cum ad Imperatorem confugisset , & ab eo rejectus esset , venit ad Papam , veniam petiit , & obtinuit.

Romanum II. sub eisdem an. 862. In quo damnantur hæretici afferentes divinitatem passam esse. Qui & quot interfuerint Episcopi ignoratur. Executio fuit Nicæni Sabellium damnantis.

Conciliabulum Aquisgranense sub eisdem an. 862. In quo legitimum matrimonium Lotharii eum Theutberga dissolvitur , & ei permittur pellicem Valdradam in uxorem ducere. 8. Episcopi interfuerunt.

Conciliabulum Metense sub eisdem. an. 863. In quo Legati Papæ corrupti argento repudium Reginæ Theutbergæ tamquam legitimum approbarunt.

Romanum III. Sub eisdem. an. 863. In quo acta Metensis Conciliabuli reprobantur , & Episcopi , qui injusti repudii aut auctores fuerunt , aut complices , excommunicantur , & deponuntur.

Romanum IV. Sub iisdem. an. 863. In quo

Zacharias Apostolica legatione in oriente male functus excommunicatur, Photius intrusus deponitur, Ignatius injuste ejectus restituendus declaratur, & cultus imaginum stabilitur.

Silvanectense sub iisdem. an. 863. In quo Autore Hincmaro Rothadus Suessonensis Episcopus injustè deponitur, & in Monasterium degradatur, & alius in ejus locum substituitur.

Romanum V. Sub iisdem. an. 863. In quo acta Sylvanectensis reprobantur, & scribitur ad Gallos Episcopos, cui tamen decreto Episcopi Galli noluerunt acquiescere, eo quod Rothadus omisso medio Romam appellasset. Nicolaus iterum scripsit & ad Episcopos Galliæ, & ad Catolum Calvum, ut Rothardo deposito res Ecclesiæ restituantur. *Dispositio ad iudicium legitimum de Episcopis.*

Romanum VI. Sub eisdem. an. 864. In quo Rodoaldus Portuensis Episcopus legatione Apostolica male functus circa repudium Teutbergæ Reginæ in pœnam deponitur, & excommunicatur.

Romanum VII. Sub eisdem. an. 864. In quo Rothadus ab Hincmaro depositus ē carcere solitus Romanum venit, per novem menses ibi commoratur, & accusatoribus non comparentibus absolvitur.

Suessonense sub eisdem an. 866. In quo agitur de ordinationibus factis ab Ebbone deposito, tandem post trebras Epistolas scriptas ad Papam, & ab eo receptas ordinati ab Ebbo ne restituuntur, idque ratum habet Nicolaus Papa 35. Episcopi interfuerunt.

Vormaciense sub Adriano Papa II. & Ludovico II. Imperatore, an. 868. In quo editi 80. Canones circa mores & disciplinam.

Romanum sub Adriano & Ludovico Imperatore. an. 868. In quo Photius ter anathemate feritur, ejus volumen contra Nicolaum Papam editum igni adjudicatur.

Constantinopolitanum IV. & generale VIII. sub Adriano Papa II. & Bafilio Imperatore. an. 869. & 870. In quo Ignatius sedi suæ restituitur, Photius intrusus declaratur, & Iconoclastæ condemnantur. Episcopi 102. interfuerunt.

Conciliabulum Metense. tempore Adriani Papæ II. an. 869. In quo Regnum Galliæ à legitimo successore Ludovico ad Carolum transfertur.

Conciliabulum Vermerie tempore Adriani an. 870. In quo damnatus est Hincmarus junior, quod jussu Papæ excommunicationem tulisset in Northommanum bonorum Ecclesiæ detentorem.

Duxiacense sub Adriano Papa I. & Ludovico II. Imperatore & Carolo Calvo Rege. an. 871. In quo Hincmarus Rhemensis Hincmarum Laudunensem citat quasi transgressorem regularis & Ecclesiasticæ disciplinæ, & post tertiam evocationem quasi contumacem sub beneplacito Papæ depositum declarat. Episcopi interfuerunt. *Dispositio ad legitimum judicium de Episcopis.*

Tolosanum sub Joanne Papa 8. & Carolo Calvo Francorum Rege. an. 873. Cum Judæi rebelles ea solum conditione veniam impetrassent quod quolibet anno ex iis unus in

die natalis Domini, & Passionis, & Resurrectionis eligetur, qui ante fores Ecclesiae Colaphis exciperetur dum iaxat uno istu virtutis hominis, adierunt Carolumannum, ut ab hac injuria liberarentur. Concilium noluit aliquid contra hanc imperialem sanctionem opponere.

Silvanectense sub Joanne Papa VIII. Ludovico II. Imperatore & Carolo Calvo Rege. an. 873. In quo Carolumannus Clericatu mancipatus contra Patrem rebellaverat, ob id e gradu suo dejectus, ad Laicam Communio-nem reducitur. Acta hujus Concilii intercidérunt.

Duziacense sub Joanne Papa VIII. & Ludovico II. Imperatore & Carolo Calvo Rege. an. 874. Duda monialis Abbatissam multis criminibus accusaverat, ut in ejus locum subrogaretur, claustra reliquerat, ut facilius propositum exequeretur, in Monasterium reduc cum Humberto Sacerdote rem fœdam habuerat. In hoc Concilio Humbertus deponitur, Duda coram sororibus flagellatur, per sex annos stare debet in poenitentia, & septimum post annum ei permittitur communio corporis & sanguinis Christi, si digne pœnituerit.

Pontigonense sub Joanne Papa VIII. & Carolo Calvo Imperatore. an. 876. Carolus Coronatus Romæ. an. 875. proclamat⁹ anno sequenti in Concilio Ticini habit⁹, postea in hac Synodo Pontigonensi confirmat capitula 15. in bonum Ecclesiae edita. Interfuerunt Episcopi.

Ravennatense sub Joanne VIII. & Carolo Calvo Imp. an. 877. In quo editi sunt 19.

Canones ad mores & disciplinam pertinentes, & depresso sunt deprædatores bonorum Ecclesiæ, & iussum est, ut electi Episcopi quanto oculis consecrarentur. 130. Episcopi interfuerunt.

Tricassinum sub Joanne Papa VIII. & Ludovico Balbo Rege. an. 878. Joannes Papa venit in Galliam auxilium à Rege imploratus. Trecis Congregat Concilium, in quo excommunicantur quicumque contra Joannem seditionem moverant. Editi sunt Canones 7. & adfuerunt 29. Episcopi.

Romanum sub Joanne VIII. vacante Imperio. an. 879. Photius sibi excommunicatus, Basilii auctoritate revocatus mortuo jam Ignatio rogat Papam, ut mittat legatum, qui eum restituat in sedem, ex qua ejectus fuerat, & Petrus ob id Constantinopolim mittitur à Joanne. 8

Concilium apud Sanctam Marcam sub Joanne Papa VIII an 881. In quo editi sunt 8. Canones ad mores & disciplinam pertinentes, & provisum est ne Sacerdotalis dignitas depimeretur. Qui & quot adfuerint Episcopi ignoratur.

Moganiacense sub Stephano Papa V. & Arnulfo Germaniæ Rege. an. 888. in quo 26. Capitula edita sunt ad disciplinam & mores pertinentia.

Metense. Sub Stephano Papá V. Arnulfo Germanorum Rege & Odone Francorum Rege. an. 888. In quo 13. editi sunt Capones contra eos, qui vel decimas usurpabant, vel Ecclesiasticos impune vexabant.

Viennense sub Formoso Papa & iisdem Regibus.

bis. an. 892. In quo 4. canonibus providetur & vitæ & bonis temporalibus Clericorum

Rhemense sub Formoso Papâ & Carolo simple. an. 892. In quo Carolus simplex filius Ludovici Balbi Rex ungitur & Odo, qui tyranicè Regnum invaserat, dejectur. Numerus Episcoporum ignoratur.

Cabilonense sub Formoso Papa & Carolo simple. an. 899. in quo Gerfredus Monachus accusatus veneno necasse Æduorum Episcopum, addicitur ad purgandum se per receptionem Corporis Christi. Ecclesia hanc putationem abolevit.

Tuburiense sub Formoso Papa & Arnulfuso Germanorum Rege. an. 895. Res Ecclesiæ à Laïcis diripiebantur, personæ Ecclesiasticæ in nullo erant honore, &c. 58. editi sunt Canones quibus tantis malis remedium afferretur. 22. Episcopi interfuerunt.

Nannetense incerto anno, in quo constituti sunt. 20. Canones ad mores & disciplinam pertinentes. Qui & quot Episcopi interfuerint ignoratur.

Conciliabulum Romanum sub Stephano VI. an. 897. Stephanus sic auspicatus est suum Pontificatum, corpus Formosi exhumatum Sacerdotalibus vestibus indutum tribusque digitis mutilatum in Tiberim proiecit, omnesque ab eo ordinatos iterum consecrari præcepit.

Rhemense sub Stephano Papa VI & Carolo simplici Francorum Rege. an. 900. Fulco Rhemensis Archiepiscopus Ecclesiæ suæ rerum defensor acerrimus Balduini jussu crudelissime cæditur, in hoc Concilio in autores illius sce-

leris excommunicatio vibratur, sed vocibus, quæ vel scelestioribus timorem incutiant: Ipsos, inquiunt patres, à Sanctæ matris Ecclesiæ gremio separamus, sintque maledicti in civitate, in agro, & cætera quæ leguntur in Deuter. Intestina fundant sicut infelix & perfidus Aris. veniant super illos omnes maledictiones, quas Dominus per Moïsen in populum divinæ legis infraffactorem intenavit, &c. 12. Episcopi huic Concilio interfuerunt.

ARTICULUS X.

De Conciliis decimo saeculo habitis.

CONSTANTINOPOLITANUM sub Joanne Papa IX. & Lamberto Imperatore, an. 901. In quo Nicolaus Patriarcha Constantinop. Leonem Imperatorem ab aditu Ecclesiæ prohibuit, eo quod contrâ Ecclesiæ Græcæ usum quartò nupsisset.

Ovetense sub Joanne IX. & Adelpho Rege, an. 901. In quo Ecclesia Ovetensis in Metropolim erecta est.

Romanum sub Joanne IX & Ludovico IV. Imperatore an. 904. In quo acta Stephani contra Formosum habita rescinduntur. Episcopi, & Presbyteri, qui Stephano consenserant, recipiuntur ad pœnitentiam. & hi, qui fuerant à Formoso ordinati, & à Stephano degradati, restituuntur.

Ravennatense sub eisdem, an. 904. In quo iterum acta contra Formosum improbantur, & coronatio Lamberti Imperatoris excluso Berengario approbatur.

Suezionense sub Sergio III. & Carolo sim-

plici. an. 904. In quo statuuntur constitutio-
nes circà mores, & disciplinam, & primò
quidem de honore debito Ecclesis, Sacerdo-
tibus, & Regi, deinde de Oficio regularium.

Magalonerense sub Sergio Papa III: & Caro-
lo simplici Francorum Rege. an. 909. In quo
Sinuarius comes cum ejus familia excommu-
nicatus, absolvitur his verbis; *veniant super
vos benedictiones novi, & veteris testamenti
benedicti vos in civitate, & cætera, quæ le-
guntur in Deuteronomio, ubi Deus benci-
dit populum.*

Troflejanum sub eisdem. an. 909. In quo
editi sunt 15. Canones circà mores, & disci-
plinam 13. Episcopi interfuerunt. Damnantur,
qui judici contra jura interroganti aequiove
respondent.

Confluentinum sub Joanne X. Carolo Sim-
plici. an. 912. In quo statuitur, ne Christia-
ni matrimonium intra septimum cognationis
gradum contrahere præsumant.

Rhemense sub Joanne X. & Carolo simili-
ci Francorum Rege. an. 924. In quo bellum
inter Carolum, & Robertum levi de causa
initum judicatur, & pœnitentia per tres qua-
dragesimas inficta est his, qui in hoc bello
militaverint. 6. Episcopi huic Concilio inter-
fuerunt.

Troflejanum sub Joanne X. & Carolo simili-
ci. an. 924. In quo Isaac Comes resipisci-
ens, vadem habens, quo promittit reparare
damna illata Ecclesiæ, reconciliatur.

Duisbergense sub Joanne X. an. 927. In quo
excommunicantur, qui Bennonem Episcopum
Metensem excœcaverant.

Gratleanum in Anglia sub Leone Papa VI. & Henrico Imperatore. an. 928. in quo Capitula legum civilium sub novem titulis, & legum Ecclesiasticarum sub tredecim edita sunt. Ibi describitur, quomodo fieri debeat purgatio Canonica per aquam ebullientem, ferrum candens, &c. Quod reprobatum est ab Ecclesia in posterioribus Conciliis.

Erfordiense sub Joanne XI. an. 932. in quo 5. Canones circà mores, & disciplinam editi sunt 13. Episcopi interfuerunt.

Rhemense sub Joanne XI. an. 935. in quo invasores bonorum Ecclesiasticorum ad correctionem vocantur.

Narbonense sub Stephano VIII. an. 940. in quo fines Diocesenos inter Urgelitanum, & Pallatiensem Episcopum controversi definitur.

Suectionense sub Stephano VIII. & Ludovico IV. an. 941. in quo agitur causa Hugo-nis, & Artaldi Archiepiscopatum Rhemensem postulantium.

Artalus amotus est ab Episcopatu propter juramentum, quod ediderat se nullum Archiepiscopatum accepturum, Hugo vero ad Archiepiscopatum electus est; quippe qui à Clero, & à populo optabatur.

Conciliabulum Constantinopolitanum sub Marino II. ann. 944. in quo Triphon Monachus è Patriarchatu Constantinopolitano dolo, & fraude Protothroni deponitur; & Theophilactus Filius Imperatoris legitimus; scripsit enim Triphon ita in Charta: *Ego Triphon Archiepiscopus Constantinopolis*, &c. Et Protothronus in Charta desuper contenta scripsit: *Ego*

Triphon indignus Episcopatui cedo, &c.

Verdunense sub Agapito II. an. 947. in quo causa Hugonis, & Artaldi agitur ; & ad aliud Concilium remittitur.

Concilium Mosomense sub Agapito II. an. 948. in quo eadem causa Hugonis, & Artaldi ad plenius Concilium remittitur.

Engilenheimense sub Agapito II. an. 948. in quo Artaldus declaratur legitimus Archiepiscopus Rhemensis ; Hugo vero invasor.

Trevirensse sub Agapito II. an. 948. in quo Hugo inimicus Regis Ludovici excommunicatur.

Romanum sub Agapito II. an. 949. in quo acta duorum praecedentium Conciliorum confirmantur.

Augustanum sub Joanne XII. an. 956. in quo statuuntur Canones circà mores, & disciplinam. 24 Episcopi intersuerunt.

Meldense sub Joanne XII. an. 962. in quo mortuo Artaldo, qui fuerant à partibus Guidonis, Guidonem voluerunt restituere, sed id frustrà tentatum est.

Conciliabulum Romanum tempore Joannis XII. & Leonis VIII. sub Ottone Imperatore. re. an. 963. in quo Joannes accusatus quod in stabulo equorum ordines contulerit, quod infantem annorum decem ordinaverit Episcopum, quod concubinam habuerit, quod Joannem Cardinalem occiderit ; sed cum non datum fuerit consuetum intervallum dilationum, & Leo ante nominatus fuerit, quam Joannes è gradu dejectus ; cœtus iste conciliabulum reputatur. Joannes licet depositus Concilium anno sequenti congregavit.

220 MORALIS CHRISTIANA.

Concilium Constantinopolitanum sub Joanne XII. an. 963. In quo Nicephorus electus Imperator Constantinopolitanus declaratur posse matrimonium contrahere cum Theophane vi-dua relicta ab Imperatore defuncto; quia nulla impedimenta matrimonium impedientia probata sunt.

Romanum sub Joanne XII. an. 964. in quo Leo Schismaticus, & Antipapa declaratur; & acta Conciliabuli Romani rescinduntur.

Conciliabulum Romanum. an. 964. in quo mortuo Joanne XII. Benedictus V. legitimus successor degradatur, & in exilium mittitur per Leonem Antipapam.

Ravennatense sub Joanne XIII. an. 967 in quo Otto Imperator celebrato Paschate cum Papa Ravennensem urbem, & alia plura Papæ, & Ecclesiæ restituit.

Anglicanum sub Joanne XIII. & Ottone Imp. an. 970. in quo Dunstanus Archiepiscopus unâ cum aliis Episcopis Angliæ definiunt, ut Canonici omnes & omnes Subdiaconi, aut castè vivant, aut Beneficiis renuntient.

Romanum sub Joanne XIII. an. 971 in quo privilegia Monasterio Sanctæ Mariæ Glastin-geberi concessâ à Rege Anglorum confirmantur, & Anathema pronuntiatur in eos, qui ea violare attentaverint.

Ingelheimense sub Dono Papa, & Ottone Imperatore. an. 972. in quo Uldaricus Episcopus petit, ut, acceptaretur ejus renuntia-tio, quam recusarunt patres Concilii, ne fac-tum illud Ecclesiæ noceret.

Matinense sub Benedicto VII. an. 973. in quo Petrus & Lambertus & germani proceres

Constantinopolitanum sub Benedicto 7. an. 975. in quo Basilius Patriarcha Constantopolitanus variis criminibus accusatus deponitur & studites in ejus locum substituitur.

VViloniense sub Benedicto 7. an. 975. in quo tam Laici, quam Clerici Monachorum bona usurpantes cohibentur.

Romanum. Sub Benedicto 7. anno 983. in quo causa Giselerii Magdeburgensis Episcopi agitata est. Dithmarus lib. 3. Chronici. dicit Giselerium eam sedem ab Imperatore malis artibus obtinuisse. Adam vero antiquus Chronographus assertit Giselerium virum sanctum, & Apostolicum fuisse.

Romanum sub Joanne 15. anno 989. in quo Sanctus Adelbertus à Populo ejectus ē sede Pragensi, cum sponre Episcopatui cesseret, & regulam Sancti Benedicti amplexus fuisset, iterum à populo resipiente petitur & jubente Papa, & Concilio in Ecclesiam redire cogitur. Reddimus, inquit Concilium, quod justè querunt male merentes filii.

Rhemense sub Joanne 15. anno 989. in quo Arnulphus Archiepiscopus Rhemensis eligitur, præstatque juramentum fidelitatis, & Hugoni Regi, & Roberto filio Regis.

Sylvanectense sub Joanne 15. & Hugone capeto. anno 990. in quo Aldagero presbitero prædoni Rhemensis civitatis Anathema pronuntiatur.

Conciliabulum Rhemense sub Joanne 15. anno 992. in quo Arnulphus depositus est, & in ejus locum Gerbertus substitutus est.

Romanum sub Joanne 15. anno 993. in

223 MORALIS CHRISTIANA;
quo Udalricus Augustanus Episcopus inter
Sanctos adscriptus est, seu canonizatus, ut
dicunt. 5. Episcopopi, & novem Cardinales
subscripsérunt.

Rhemense sub Joanne 15. & Ottone 3. Imp.
an. 995. in quo Conciliabulum Rhemense
contra Arnulphum habitum reprobatur, &
Gerberto deposito Arnulphus sedi suæ resti-
tuitur per Leonem legatum Papæ.

Romanum sub Gregorio 5. & Ottone 3.
Imperatore an. 996. in quo determinatur
Imperatorem à septem electoribus Germa-
niæ principibus imposterūm eligendum esse.

Ravennatense sub eisdem an. 997. in quo
prohibetur ne Subdiaconi, qui assumeban-
tur pro ministrando Episcopis recens Tonfu-
ratis, eam sacram actionem venderent. Epis-
copi novem interfuerunt.

Sandyonianum sub eisdem. In quo de
decimis Ecclesiæ juribus agendum erat, sed
variis excitatis tumultibus nihil actum est.

Romanum sub eisdem anno 998. in quo editi
sunt 8. Canones ad mores, & disciplinam
pertinentes. Episcopi 27. interfuerunt.

Pictaviense sub Sylvestro II. & Roberto
Francorum Rege an. 999. in quo tres editi
sunt Canones. Huic Concilio interfuerunt:
Episcopi 5. Abbates. 12.

ARTICULUS XI.

De Conciliis undecimo saeculo habitis.

TRemoniense Concilium omitto, quia eius acta omnino perierunt. Item franc. fordicense, quia ibi actum est solum de Bambergensi Ecclesia in Cathedram Episcopalem erigenda. Item Legionense in quo referuntur non Canones Episcoporum sed edicta Adelfonsi Regis & Geloriz Reginæ.

Anhamense in Anglia sub Joanne 16. Henrico II. Imperatore 1009. Sacerdotes eò incontinentiaz devenerant, ut palam uxores ducerent, imò ductas repudiarent, & cum aliis commiserentur; editi sunt in remedium tanti mali 32. Canones. Huic Concilio interfuerunt non modo Episcopi, sed & viri cuiuscumque conditionis, modo docti, ideo vocantur promiscuè *Angli eruditi*.

Ticinense sub Benedicto 8. & Henrico 2. Imperatore, verum tempus ignoratur. In cœtu illo 7. eduntur capitula, quibus definitur, ut filii Clericorum servi sint Ecclesiae, eisque nullus iudex libertatem promittat. Henricus hæc capitula autoritate sua confirmavit. Episcopi sex interfuerunt.

Ravennatense sub Benedicto 8. & Henrico II. Imperatore an. 1014. cum Arnoldus factus Episcopus Ravennatensis deprehendisset multas illicitè factas ordinationes per undecim annos, per quos hæc Ecclesia vacaverat, declaravit in hoc Concilio omnes ordinationes sede vacante factas illicitas, donec licitæ &

224 MORALIS CHRISTIANA;
validæ probarentur. Multi interfuerunt Episcopi, sed horum numerus ignoratur.

Aurelianense sub Benedicto 8. & Roberto Francorum Rege an. 1017. in quo Lofoias & Stephanus Sacerdotes mulieris Italæ somniis delusi, Gnosticorum mores restaurabant. Solemni depositione vestibus sacris induiti eisdem exuuntur, & brachio sacerdotali traditi igne combusti sunt. *Dispositio fuit ad Concilium Constantiense*, in quo idem actum est contra Hieronimum Pragensem, & Joannem Hus.

Salguntadiense sub Benedicto Papa 8. & Henrico II. Imperatore an. 1012. in quo editi sunt 20. Canones ad mores & disciplinam pertinentes. Episcopi interfuerent 6. Eodem anno habitum est Aquisgranense Concilium, in quo Monasterium Burritho Leodiensi potiusquam Coloniensi Episcopo subjectum est.

Ansanum sub Joanne 18. & Roberto Francorum Rege an. 1023. in quo Burchardus Vienensis Episcopus, qui contra usum Ecclesiarum extra suum territorium in Monasterio Cluniacensi ordines habuerat, veniam petere cogitur à Gaulino Matisconensi Episcopo, & dare cogitur sufficieniam olei de olivis ad conficiendum Chrisma quoquo anno. 12. Episcopi interfuerunt. Executio est Niceni vetantis Pontificalia extra suum territorium ab Episcopo exerceri.

Bituricense sub Joan 18. & Henrico I. Francorum Rege anno 1031. in quo editi sunt 24. Canones ad mores & disciplinam pertinentes. Anno sequenti sub eisdem sedes Pampelonenses, quæ ob incursionses barbarorum in Mo-

naſceriū Leitenense statuta fuerat, in urbem P. impelonensem transfertur.

Lemovicense sub eisdem in 1031. in quo Martialis Apostolus & sub hoc nomine invocandus declaratur Episcopi interfuerunt 7.

Romanum sub Leone Papa IX. & Henrico II. Imperatore anno 1049. in quo Simoniacè ordinati quadraginta dierum pœnitentiæ subjiciuntur, quā peractā in accepto ordine possunt ministrare, sed non ulterius ascendere.

Rhemense sub eisdem an. 1049. in quo quidam Episcopi Simoniae convicti condemnantur. . Damnatus item Archiepiscopus in Galicia, ex eo quod sibi vindicaret *Culmen Apostolici nominis*.

Moguntinum sub Leone 9. & Henrico III. Imperatore 1050. in quo Sibico Episcopus spirensis adulterii accusatus, purgatione Canonica examinatus est. Simonia interdicta, & pellices mulieres longè à Clericis ejectæ, ne maleſuada pellicum vicinia caſtos violaret obtutus.

Rhotomagense sub Leone IX. & Henrico I. Francorum Rege an. 1050. cum omnia sacra venalia essent, editi sunt 19. Canones, quibus malum illud reprimeretur.

Romanum I. sub Leone 9 & Henrico Imperatore an. 1049. in quo Leo statutam à Clemente II. Legem confirmavit, quā præscribebatur, ut quicumque Simoniacè ordinatus esset scienter, quadraginta dierum pœnitentiæ subjiceretur & sic in accepto officio ministraret.

Romanum II. Sub Leone IX. & Henrico III. Imperatore an. 1050. in quo Berengarius

226 MORALIS CHRISTIANA;
Hæreticus declaratus; Lanfrancus è contra
innocens.

Vercellense sub Leone IX. & Henrico III.
Imperatore an. 1050. in quo Joannis Scotti
Liber, & Berengarii Doctrina condemnatur.
*Dispositio fuit ad Doctrinam Tridentini circa
Eucharistiam, sicut & duæ priores Synodi.*

Coyacense sub Leone IX. & Ferdinando I.
Castellæ Rege an. 1050. in quo editi sunt 13. Ca-
nones ad mores & disciplinam pertinentes.
Novem Episcopi interfuerunt,

Romanum III. Sub Leone IX. Henrico III.
Imperatore an. 1051. in quo Gregorius vercel-
leensis accusatus adulterii etiam absens excom-
municatur, sed postea veniens in priori officio
testituitur.

Sandionianum sub Leone IX. & Henrico
Francorum Rege an. 1053. in quo aperta est
Sancti Dionisi area, & in ea repertum est in-
tegrum Dionysii corpus exceptis duobus ossibus,
uno de collo altero de brachio, & revocatum
Diploma quo Papa dixerat Dionysii corpus ad
Monasterium Sancti Emerani fuisse delatum.
Huic Concilio interfuerunt 7 Episcopi, & 8.
Abbes. Eodem an. habitum est Concilium
Rom. num. 4. in quo Geraldus inter Sanctos
adscriptus est.

Narbonense sub Leone IX. & Henrico I.
Francorum Rege an. 1054 in quo cum om-
nia bello devastarentur, statutæ sunt treugæ
certis diebus observandæ, & edita sunt 29. ca-
pita. Interfuerunt decem Episcopi cum Ray-
mundo comite & Berengario vice-comite,
& multis nobilibus ad confirmandam Treugam.

Concilium Florentinum, in præsentia vic-
toris

DE VERO USU CONCILII 227
totis Papæ II. & Henrici Imperatoris habitum
an. 1055. in quo excommunicantur invasores
bonorum Ecclesiæ, & Berengarius condem-
natur.

Turonense sub victore Papa II. & Henrico.
I. Francorum Rege an. 1055. Berengarius hæ-
resim solemniter ejurat. Episcopi minitantur
Ferdinando excommunicationem, si Impe-
ratoris titulum usurpet, cui admonitioni ac-
quiescit. Qui & quot Episcopi interfuerint
ignoratur. *Dispositio est ad Doctrinam Tri-
dentini circa Eucharistiam.*

Lugdunense sub eisdem an. 1055. in quo
Hildebrandus reus Simoniae interrogatus a
crederet Spiritui Sancto, numquam potuit
recitare *Gloria Patri*, &c. Teste Baronio,
donec suum crimen confessus, salutarem pœ-
nitentiam accepit.

Concilium apud Sanctum Egidium sub Victore
II. & Henrico Francorum Rege an. 1056. in
quo determinatur conditiones Treugæ esse
observandas. 21. Episcopi interfuerunt. Eo-
dem an. Coloniæ procurante victore Papa
Balduinus & Godofridus Flandriæ Comites
Henrico reconciliati sunt.

Landavense in Anglia sub Victore Papa II.
& Henrico IV. Imperatore an. 1056. nonnulli
ex familia Regis vim nepoti & medico Her-
galdi Episcopi intulerant, plagis & verberi-
bus affecerant, in hoc Concilio decretum
anathema contra familiam Regis. Rex pro
familia lacrymatus est, & ut ejus familia ab
hac pœna solveretur prædia & bona plura Ec-
clesiæ contulit.

Tolosanum sub Victore II. & Henrico I.
Tom. VIII. V

Francorum Rege an. 1056. in quo 13. editi sunt Canones ad mores & disciplinam pertinentes, sed præcipue contra Simoniam. Episcopi 18. subscripserunt.

Compostellanum sub Victore II. an. 1056. in quo statutum est, ut Sacerdotes quotidie missam celebrarent, & in publicis calamitatibus Litanias dicerent, & Cilicio induerentur. *Sutrinum* propè Romam an. 1056. Benedictus Antipapa cognomeno Mincius, deponitus est, & omni Sacerdotali honore privatus.

Romanum sub Nicolao Papa II. & Henrico Francorum Rege an. 1059 in quo Berengarius tertio hæresim suam abjurat. Editi sunt 13. Canones. Electionem Papæ à Cardinalibus faciendam esse definitum est. Episcopi 113 interfuerunt.

Parisiense sub Nicolao II. an 1059. in quo Congregatis 22. Episcopis Philippus præstito juramento de conservandis Ecclesiæ juribus coronatus est.

Turonense sub Nicolao Papa II. & Henrico I. Francorum Rege an. 1060. in quo editi sunt decem Canones, præcipue conta incontinentiam Clericorum. Episcopi decem subscripserunt.

Faccitanum in Hispania sub Nicolao II an. 1060 in quo post confirmatos Canones ad mores & disciplinam pertinentes, Episcopatus, qui erat Oscæ, Jaccam translatus est.

Conciliabulum Basileense in causa electionis Papæ an. 1061. in quo suasum est Imperatrici, quod filius ejus deberet in Pontificatu, sicut in Regia dignitate, succedere.

Concilium Osbotiense in Germania an. 1062.

in quo acclamantibus omnibus Cadalous Pseudo - Papa condemnatus est , & confirmata est Alexandri II. Electio.

Aragonense sub Alexandro II. & Ranimiso Aragonum Rege an. 1062. in quo sub poena excommunicationis comminatoriae jubetur ut Episcopus Aragonensis eligatur à Monachis , & ex Monachis Monasterii Sancti Joannis Rupensis.

Romanum sub Alexandro II. & Henrico IV. Imperatore an. 1063. in quo editi sunt circa mores 12. Canones , sed præcipue contra Simoniam & incontinentiam Clericorum.

Mantuanum sub Alexandro II. & Henrico IV. Imperatore an. 1064. in quo Cadalous Antipapa duo opponebat Alexandro , primum quod Simoniā Papatum obtinuerat , secundum quod non fuerat electus autoritate Imperatoris , Alexander declaratur immunis à vitio Simoniae , & statuitur autoritatem Imperatoris non esse necessariam ad electionem Papæ. *Dispositio est ad doctrinam de electione Papæ.*

Barcinonense eodem anno & sub eisdem leges Gothicas , quibus utebantur Catalauni , abrogavit , & electionem Alexandri II. Confirmavit.

Romanum I. & II. Sub Alexandro II. an. 1065. in quo procurante Damiano damnati sunt quidam juris-periti , qui licita putabant quædam conjugia , quæ tanquam incestuosa habebat Ecclesia , quiique velebant gradus consanguinitatis in Matrimonio sicuti in successionibus esse computandos. *Dispositio*

230 MORALIS CHRISTIANA.
fuit ad Doctrinam Lateranensis & Tridentinam
circa impedimenta Matrimonii.

Auscense sub Alexandro II. & Philippo I.
Francorum Rege an. 1068. in quo statuitur
quod omnes Ecclesiæ Dioecesis Auscensis , ex-
ceptis Ecclesiis Sancti Orientii juxta antiquum
usum , quartam decimatum partem dabunt
Ecclesiæ Cathedrali Ausensi.

VVintoniense sub Alexandro II. an. 1069.
in quo Stigandus Cantuariensis Ecclesiæ inva-
sor per legatum sedis Apostolicæ deponitur.
Eodem anno habitum est Moguntiæ Conci-
lium , in quo Rex Henricus Bertram uxorem
quam volebat repudiare , suscepit procurante
Damiano legato Apostolico.

Anglicanum sub Alexandro Papa II. & Guil-
lelmo domitore Angliæ Rege an. 1072. in
quo decernitur quod Eboracensis Ecclesia de-
bet agnoscere primatum Ecclesiæ Cantua-
riensis.

Rhotomagense sub Alexandro II. & Philip-
po Francorem Rege an. 1072. in quo editi
sunt 24. Canones ad mores & disciplinam per-
tinentes.

Conciliabulum Ecphordiense tempore Alexan-
dri II. an. 1073. in quo Sigefridus Mogun-
tinus Archiepiscopus medium partem decima-
rum Thuringiæ Regi tradendam determinavit.

Rhotomagense sub Gregorio Papa VII. &
Guillelmo Anglorum Rege anno 1074. in quo
editi sunt 14. Canones ad mores & discipli-
nam pertinentes.

Romanum. I. Sub Gregorio VII. & Henri-
co IV. Imperatore an. 1074. in quo Sum-
mus Pontifex duo vitia in Clericis insectatus

incontinentiam scilicet & Simoniam. Hoc decretum edixit, scilicet ut secundum instituta antiquorum canonum presbiteri uxores non habeant; habentes aut dimittant aut deponantur. Quidam in Germania Episcopi hanc constitutionem quasi hereticam insequantur, dicente Apostolo: melius est rubere quam irri. Alii vero dicunt male se sacerdotium quam coniugium desegere. Tamen Gregorius Pristinam Ecclesiae disciplinam semper tuitus est, tandemque Moguntie in Concilio an. 1075. haec constitutio suscipitur. Executio est Nicanii circa calibatum Sacerdotum.

Londinense sub Gregorio VII. & Guillermo Angliae Rege an. 1075. in quo prohibetur Monachis peculium multa autem, quæ superstitionem paganorum redolebant, interdicuntur omnibus Christianis.

Romanum II. Sub Gregorio VII. & Henrico Imperatore an. 1075. in quo plures Episcopi Romanam citati sunt, ibique judicati.

Vintoniense I. Sub Gregorio VII. an. 1076. in quo unicum decretum editum est, scilicet: nullus Canonicus uxorem habeat, habentes uxores non cogantur ut dimittant, non habentes interdicantur ut habeant. Haec cohabitatio tolerata est, quia forte dicebant se non vovisse castitatem. Vintoniense 2. sub eisdem & eodem anno vetas ne Monachi publicè Ecclesiis deserviant, & ne coniugium absque benedictione Sacerdotali celebretur, alioquin nullum habeatur.

Conciliabulum Wormatiense an. 1076. in quo Episcopi Theutonici iussu Henrici IV. Imperatoris congregati Papam excommunicar-

232 MORALIS CHRISTIANA;
sunt dicentes : nulli nostrum à modo eris
Apostolicus.

Concilium Romanum III. an. 1076. in quo Gregorius cum 110. Episcopis Episcopos Teutonicos, qui Ecclesiasticam unitatem scindere attentaverant, excommunicavit.

Papiense Conciliabulum tempore Gregorii VII. & Henrici IV. Imperatoris an. 1076. Papa excommunicavit Sigifridum Moguntinum Archiepiscopum & alios Episcopos, eo quod in damnum Ecclesiae Henrico in investituralium negotio adhaerebant. Iste Episcopi Papiae seu Ticini congregantur, & Papam excommunicant. Alii vocant istud *Concilium Parisiense.*

Angustodunense sub Gregorio VII. & Filippo Francorum Rege. an. 1077. in quo Manasses Archiepiscopus Rhemensis accusatus Simoniae & intrusionis Romam remittitur, ut ibi judicetur. Et Gebuinus Lingonensis Archidiaconus eligitur Archiepiscopus Eugdunensis in locum Humberti, qui ab ea sede ob Simoniam fuerat depulsus.

Romanum IV Sub Gregorio VII. & Henrico IV. Imperatore anno 1078. in quo excommunicatur Guibertus Ravennas, Theodaldus Mediolanensis, aliisque plures Episcopi; attamen Gregorius temperavit rigorem excommunicationis; & permisit conversationem cum excommunicatis his, qui hoc carmine continentur: utile, lex, humile, res ignorata, necesse 100. Episcopi cum multis Abbatibus interfuerunt. Fuit dispositio ad bullam Martini 5. in Constantiensi editam circa excommunicationes.

Romanum. V. Sub eodem an. etiam 1078. in quo excommunicatus est Imperator Constantopolitanus, & constituti sunt undecim Canones ad mores & disciplinam pertinentes.

Romanum VI. Sub eisdem an. 1079 in quo Berengarius quarto errorem suum abjuravit, & panem & vinum in corpus Christi substantialiter converti confessus est. Praeter Cardinales huic Concilio interfuerunt quatuor Episcopi. Dispositio est ad doctrinam Tridentini circa transubstantiationem.

Romanum VII. Sub eisdem an. 1080. in quo excommunicatio vibratur in eos principes saeculares, qui investituras Ecclesiasticæ dignitatis dare presumperint, & Henrico imperium in Rhodolphum transferunt, si ab investituris non desistat. Fuit dispositio ad Lateranense circa investituras.

Conciliabulum Moguntinum & Brixense tempore Gregorii VII. & sub Henrico IV. an. 1080. in quibus reprobatum quidquid in Romano Concilio circa investituras definitum fuerat, & Hildebrandum seu Gregorium VII. deponendum judicarunt.

Lugdunense sub Gregorio VII. & Philippo Francorum Rege an. 1080. in quo Manasses Rhemensis Archiepiscopus Sinodali judicio depositus est, tum quia purgare se noluit, tum quia audientiam Aduensis Pittaviensis, & Lugdunensis Episcoporum subterfugit.

Romanum VIII. & IX. in utroque Henricus jus investituratum sibi semper adscribens, & invitis quibuscumque admonitionibus retinens, una cum fautoribus excommunicatus.

Quintiilneburgense sub eisdem an. 1085. in quo Gregorius VII. noluit retractare excommunicationem, quam contra Henricum & alios investituram Ecclesiastiarum usurpatores vibraverat, & declaratum est privilegium esse Nulli unquam licere Summi Pontificis iudicium retractare, & de judicio judicare. Excommunicati sunt, qui attulabant Imperatoribus non tantum temporalia sed etiam spiritualia subjici. Dispositio erat ad decisionem circa investituras in Concilio Generali faciendam.

Conciliabulum Moguntinum an. 1085. in quo Gregorius VII. depositus est, & Guibertus ejus loco substitutus est.

Capuanum an. 1086. in quo Victor resumptis Pontificalibus insignibus, quæ resignaverat ut pote præter voluntatem electus, consecratus est Papa.

Beneventanum sub Victore IV. & Henrico IV. Imp. an. 1087. in quo Victor successor Gregorii declaratur. Guibertus qui autoritate Imperatoris sedem Romanam invaserat pro Antipapa habetur. Intrusi declarantur quicumque investituras à principibus sæcularibus acceperint. Dispositio fuit ad decisionem circa investituras in Concilio generali faciendam.

Romanum I. Sub Victore an. 1089. in quo rex gestæ sub Gregorio & sub Victore contra Guibertum Antipapam & Henricum confitmantur. 150. Episcopi huic Concilio interfuerunt.

Trojanum sub eisdem & eodem anno in quo Matrimonia inter consanguineos in gradibus prohibitis inita dissolvuntur.

Melchitanum sub Urbano Papa II. & Hen-

De VERO usū CONCILII 235
eo Imperatore an. 1090. in quo editi sunt
16. Canones circa mores & disciplinam &
Rogerius dux ut pote Vassallus Romanæ Ec-
clesiæ promisit jure jurando se servaturum fi-
dem Romanæ Ecclesiæ.

Suezionense sub Urbano Papa II. & Philip-
po I. Francorum Rege an. 1092. in quo dam-
natus est Roscelinus Abailardi magister, qui
docebat tres personas divinas esse tres res separa-
tas, sicuti sunt tres Angeli, & posse dici tres
Deos, si usus admitteret. Executio fuit Nicæni
damnantis poliheistas.

Rhemense sub eisdem an. 1092. in quo ve-
titum est Roberto Flandriæ comiti, ne sibi
adscriberet bona decedentium Clericorum.

Stampense sub eisdem an. 1092. in quo
Ivo Carnotensis, qui inordinate ad Episco-
patum proiectus dicebatur, ut pote qui à
sede Apostolica consecrationem accepit, se-
dem Apostolicam appellavit.

Trojanum sub eisdem 1093. in quo cautum
est ne neglectis consanguinitatis gradibus Ma-
trimonia inirentur. Huic Concilio centum
circiter interfuerunt Episcopi.

Constantiense sub eisdem an. 1094. in quo
determinatum est, quod jejunium Martii in
prima hebdomada quadragesimæ, & jejunium
Junii in hebdomada Pentecostes celebraretur.

Æduense sub Urbano II. & Philippo Fran-
corum Rege an. 1094. Philippus excommuni-
catur eo quod repudiata Berta legitima
uxore Bertradam Fulconis comitis Andega-
vensis uxorem duxerat.

Placeniinum sub Urbano II. & Henrico
IV. Imperatore an. 1095. Praxedes uxor Hen-

rici IV. ob inauditas mariti spurcias ab eo discesserat, & à Summo Pontifice excepta fuerat. Congregatur in aperto campo Concilium, cui interfuerere 4000. Clerici, & 30000. Laici ut remedium aliquod Reginæ afflictæ pararetur. Promissum auxilium Imperatori Constantinopolitano contra paganos. Damnati sunt Simoniaci, damnata insuper hæresis Berengarii, hæresis Nicolitarum seu incontinentium Subdiaconorum.

Claromontanum sub Urbano II. & Philippo I. Francorum Rege an. 1095. in quo editi sunt 32. Canones ad mores & disciplinam pertinentes Approbatum est Concilium Placentinum. Archiepiscopi 13. Episcopi 225. & 90. Abbates interfuerunt, præter 32. Canones multi alii editi sunt qui perierunt.

Anglicanum Sub Urbano II. & Henrico IV. Imperatore an. 1095. in quo Rex spondet se pacem Ecclesiæ indulatum intra præfixum tempus, quod tamen nequaquam præstitit. Id exigebat Anselmus, aut saltem petebat sibi discessum permitti.

Turonense sub eisdem an. 1096. in quo Episcopus Straburgensis excommunicatus resipiscens absolvitur. Philippus Rex Galliæ resipiscens ab adulterio, ob quod excommunicatus fuerat, pariter absolvitur, & tandem agitur de expeditione Jerosolymitana. Numerus Episcoporum hujus Concilii ignoratur.

Lemovicense sub Urbano II. & Philippo I. Francorum. an. 1096 in quo quæsum est quomodo fideles se à Sarracenorum persecuzione possint liberare: quid determinatum sit ignoratur.

Rhotomagense sub eisdem. an. 1096. in quo Treuga Dei sub certis conditionibus observanda præcipitur. 8. Canones circa mores & disciplinam editi sunt.

NemauseNSE sub eisdem an. 1096. In quo editi sunt 16. Canones circa mores & disciplinam.

Barense sub Urbano II. & Henrico Imperatore. an 1097. in quo explicatum est ab Anselmo, quod Spiritus Sanctus juxta patres etiam Græcos procederet à Patre & Filio: Nihil circa hoc definitum. *Dispositio fuit ad Concilium Generale Lugdunense*, in quo hoc definitum est.

Romanum II. sub Urbano II. anno 1098^d in quo induciæ concessæ sunt Regi Angliæ usque ad festum Sancti Michaelis, ut ex Anglia testes Romanam perduceret.

Romanum III. sub Urbano Papa II. & Henrico IV. in quo Guibertus Antipapa excommunicatus est 150. Episcopi huic Concilio interfuerunt.

Audomarensis sub Urbano Papa II. & Philippo I. Francorum Rege, in quo statuitur, quomodo Treuga observanda sit. 5. Canones editi sunt circa mores & disciplinam 5. Episcopi interfuerunt.

Pistaviense sub Paschale Papa II. & Philippo I Francorum Rege. an. 1100. in quo editi sunt 16. Canones ad mores & disciplinam pertinentes. Interfuerunt Episcopi 140.

ARTICULUS DECIMUS SECUNDUS.

De Conciliis saeculo decimo secundo habitis.

LATERANENS E sub Paschale Papa II. & Henrico IV. Imperatore 1102. in quo ut solida pax intretur inter Sacerdotium & Imperium, hæc formula cusa est: Anathematizo omnem hæresim.... promitto obedientiam Apostolicæ sedi, &c.... Eodem anno sub eisdem Londini editi sunt 29. Canones ad mores & disciplinam pertinentes.

Trecense sub Paschale Papa II. & Philippo I. Francorum Rege. an. 1104. Silvanectensis Episcopus de simonia accusatus coram legato Papæ suam Innocentiam jure jurando comprobavit, & in eodem Concilio electus est Godfridus Ambianensis Episcopus, & cum fugere tentaret, retentus est.

Pariensi sub Paschale II. & Philippo I. Francorum Rege. an. 1105. in quo Philippus ob adulterium cum Bertrada iteratò excommunicatus absolvitur, juramento priùs præstito, & à Philippo & à Bertrada, quo sibi omnem carnis copulam interdixerunt. 9. interfuerunt Episcopi. Eodem anno reprehensus in Concilio Florentino Fluuentius Florentinus Episcopus, qui ob mala, quibus Ecclesia affligebatur, leviter docebat Antichristum venisse. Northuense Concilium pro reformatis Ecclesiæ moribus eodem anno congregatum est.

Moguntinum sub Paschale II. an. 1105. in quo Henricus IV. abdicavit Imperium in favorem Henrici V. filii sui præsentibus Apostolicæ

tolicæ sedis legatis, & Imperii optimatibus.

Guaſtallense sub Paschale II. & Henrico V. an. 1106. in quo cum maximum eſſet dubium de validitate ordinationum tempore Schismatis factarum, Patres Concilii validas eas ordinationes declararunt, quæ invalidæ probari non poterant, & legitimos eſſe eos Clericos, qui non poterant probari vel intrusi, vel simoniaci.

Trecense sub Paschale II. & Ludovico Francorum Rege. an. 1107. in quo simoniaci dannati sunt, & proscripti laici Beneficiorum Collatores.

Londinense II. sub Paschale. an. 1108. in quo Henricus Anglorum Rex coram Anselmo investituris renuntiat. Eodem anno Beneficii definitum est ut si quis Clericus investitaram Beneficii à Laico acciperet, uterque & Clericus & Laicus excommunicaretur.

Pictaviense sub Paschale II. & Ludovico VI. Francorum Rege, in quo 16. editi sunt Canones circa mores & disciplinam. Eodem anno & sub iisdem habitus est Rhemensis Conventus, in quo Ambianensis Episcopus falsi accusavit diploma Apostolicum, quo Monachis suam exemptionem ab autoritate Episcopi tueri nitiebantur, & variis indiciis competum est falsas eſſe huiusmodi litteras.

Lateranense II. sub Paschale Papa II. & Henrico V. Imperatore. an. 1111. in quo revocatur privilegium, quod Henricus à Papa extorsetat, in quo continebatur quod electus canonice à Clero & à populo, à nemine consecraretur, nisi prius à Rege investiatur, quod est contra Spiritum Sanctum & Canonicas

institutionem. Interfuerunt 114. Episcopi, 15.
Presbyteri Cardinales, & octo Diaconi.

Viennense sub Paschale II. & Ludovico
Crasso Francorum Rege an. 1112. in quo Guido
Viennensis Archiepiscopus & postea Calixtus
Papa, tria definivit 1°. Investituram datam à
Laïcis hæresim esse in praxi. 2. Privilegium
investituratum extortum à Papa condemnavit.
3. Henricum, qui hoc privilegium extorserat,
excommunicavit. Henticus fuit etiam excom-
municatus duobus post annis in Concilio Bel-
vacensi & postea in Concilio Coloniensi. an.
1116. *Quæ omnia disponebant ad solemnum cir-
ca investituras decisionem.*

Beneventanum sub eisdem. an 1113 in quo
terræ aliquæ à Cassinensi Monasterio usurpa-
tæ re perspecta & examinata judicio Papæ
restituuntur. Et cum anno sequenti idem Pa-
pa per Cyperanum Monasterium transiret,
accessit Monachus, qui questus est se invitum
detrusum fuisse in Monasterium, Papa advo-
cavit Abbatem, qui dixit se nolle quemquam
invitum retinere, statim Monachus exuit
vestem Monasticam coram Pontifice, & eam
amplius induere noluit.

Lateranense II. sub Paschale Papa & Hen-
rico V. Imperatore, in quo ipsem et Pascha-
lis coram toto Concilio retractat Privilegium
datum Henrico. Feci, inquit, ut homo, quia
pulvis sum & cinis. Fateor me male egisse, sed
rogo vos omnes, orate pro me ad Deum: illud
privilegium condemnabo. Responderunt omnes:
fiat, fiat. Episcopi aut Cardinales 16. inter-
fuerunt. Eodem anno imo juxta aliquos in eo-
dem Concilio Potitus Cluniacensis Abbas,

qui se Abbatem Abbatum nominabat, repres-
sus est; & hic titulus ad Abbatem Cassinen-
sem delatus est.

Capuanum sub Gelasio Papa II. & Henrico
V. Imperatore. an. 1118. in quo Henricus V.
& Rex Germaniae & Imperator, & Mauritius
Burdinus Antipapa excommunicantur, eaque
excommunicatio confirmatur in Conciliis
Viennensi, Fristellariensi, & Coloniensi. an.
1119. Et tandem ut hæc excommunicatio so-
lemnior haberetur Congregatum Concilium
Rhemense, in quo 215. Episcopi & multi Ab-
bates, quilibet accensam habens candelam
præ manibus, excommunicationem in prædic-
tos pronuntiarunt, & statim candelas extin-
xerunt.

Sueffionense sub Calisto II. & Ludovico VI.
Francorum Rege. an 1120. in quo Abaillar-
dus vir in Academia Parisiensi magni nomi-
nis docuit quædam circa Trinitatem, quæ ad
Sabellianismum accedebant; damnatus est
præsente, ut fertur, legato sedis Apostolicæ.

Lateranense sub Calisto Papa II. & Henri-
co V. an. 1123. in quo Henricus liberas Cle-
ricis & Monachis relinquunt Episcoporum &
Abbatum electiones, & Papa concedit ut
electi ab Imperatore Regalia accipient, &
sic redduntur quæ sunt Dei Deo, & quæ
sunt Cæsaris Cæsari; & eâ conditione finita
est pax inter Imperatorem & Papam, & ab-
soluti sunt ab excommunicatione, quotquot
eâ de causâ fuerant excommunicati. Huic
Concilio interfuerunt nongenii & nonagiota
septem partim Episcopi, partim Abbates.
Editi sunt 22. Canones ad mores & discipli-

nam pertinentes.... Anno sequenti Congregatum Tolosæ Concilium , quo condemnati sunt quidam facti Monachi contra Sacramenta hæreses multas disseminantes.

Londinense I. sub Honorio II. an. 1125. in quo editi sunt 17. Canones ad mores & disciplinam pertinentes. *Londinense II.* sub eodem. an. 1127. in quo editi sunt 12. Canones ad mores & disciplinam pertinentes. *Londinense III.* Sub eisdem. an. 1129. in quo allabaturum , ut incontinentiæ Clericorum remedium aliquod inveniretur. *Londinense IV.* sub Innocentio II. & Stephano Anglorum Rege, in quo statuti sunt 17. Canones circa mores & disciplinam. Decem & Octo interfuerunt Episcopi.

Nannetense sub Honorio Papa II. & Ludovico VI. Francorum Rege. on. 1127 in quo cavitur ne successione hæreditaria Beneficia obtineantur.

Trecense sub Honorio Papa & Ludovico Crasso Francorum Rege. an. 1128. in quo 27. Capitibus ordinata est templariorum regula.

Claromontense sub Innocentio II. an. 1130. in quo Anacletus Anripapa declaratur , & excommunicatur. Idem definitur in stampensi Concilio eodem anno. Idem confirmatur in Concilio Rhemeni. an. 1131. Idem confirmatur in Concilio Placentino. an. 1132.

Londinense sub Innocentio II. Conrado Imperatore V. & Ludovico Crasso Francorum Rege. an. 1133. in quo editi 17. Canones circa mores & disciplinam. 18. Episcopi interfuerunt, & duo legati sedis Apostolicæ. Eodem anno habitum est Concilium Northempho-

DE VERO USU CONCL. 243
niense in Anglia, in quo duæ conferuntur
Abbatiae.

Lateranense II. Generale X. Sub Innocent.
II. Contrado Imper. & Ludovico Craffo Fran-
cor. Rege. an. 1139. in quo Anacletus intrusus
declaratur, & Innocent. II. pro legitimo Papa
agnoscitur & 26. Canones eduntur circa mo-
res & disciplinam.

Wintoniense sub Innocent. II. an. 1139.
Contra Stephanum Regem Angliæ, qui bona
Ecclesiastica invaserat, & multos Episcopos
in carcerem detruerat.

Senoniense sub Innocentio Papa II. & Lu-
dovico VII. Francorum Rege. an. 1140. in quo
damnatus est Abaillardus, de quo dicebatur:
*Cum de Trinitate loquiur, sapit Arium, cum
de gratia, sapit Pelagium, cum de persona
Christi, sapit Nestorium.* Isto eodem tempore
Radulphus Patriarcha Antiochenus accusatus
est simoniæ & incontinentiæ coram legato
summi Pontificis, cui cum nollet responde-
re, depositus est, & in carcerem conjectus,
à quo elapsus venit Romam, ubi veneno in-
terfectus est.

Londoniense sub Cœlestino Papa II. & Ste-
phano Anglorum Rege. an. 1143. in quo con-
stitutum est: *ne aliquis, qui Ecclesiam Cœme-
riumque violaverit, vel in Clerico aut viro
Religioso manus violentas injecerit, ab alio
quam à Papa possit absolvī.* Item statuit, ut
aratra sint æque tuta in campis, ac si in cœ-
meterio essent.

Bituricense & Vizeliacum sub Eugenio Papa
III. & Ludovico VII. Francorum Rege. an.
1146. in quo statuta est expeditio contra

Turcas, ad quam Sanctus Bernardus oratione
habita adhortatus est. Eadem res statuta est
in Concilio Carnuti habito.

Parisiense sub Eugenio III. & Ludovico
VII. Francorum Rege. an. 1147. in quo dam-
natus est Gilbertus Porretanus Pictaviensis
Episcopus, qui asserebat divinam essentiam
non esse Deum, & quod proprietates perso-
natum non essent ipsæ personæ, &c. Idem
examinatum anno 1148. in Concilio Rhemen-
si, in quo editum est symbolum prædictas
opinationes Gilberti condemnans, cui deci-
sioni Gilbertus acquievit. In illo Concilio
damnatus est Eon, qui stultè dicebat se esse
Eum, qui venturus est judicare vivos & mor-
tuos, & cum de variis criminibus convictus
esset, igni addictus est.

Conciliabulum Papiense tempore Alexandri III.
sub Frederico I. Imperatore. an 1160. In quo
autoritate Imperatoris Pontificatus Romanæ
Ecclesiæ Alexandro III. eripitur, & Victorii
Antipapæ adjudicatur. Idem confirmatur in
Conciliabulo Laudensi in præsentia Frederi-
ci. an. 1161.

Concilium Anglicanum sub Alexandro III.
& Henrico Anglorum Rege in quo victor
Antipapa declaratur, & Alexander III. pro
Papa Canonicè electo haberetur. Idem statui-
tur in Concilio Turonensi sub Alexandro III.
& Ludovico VII. Francorum Rege. an. 1163.

Conciliabulum Clarandonense tempore Ale-
xandri III. & sub Henrico II. Anglorum Rege
anno 1164. in quo multi Episcopi subscripe-
runt quibusdam articulis libertati Ecclesiasti-
cae contrariis, quibus invitus subscriptis &
Thomas Cantuariensis Archiepiscopus, sed

ipso lapsu quasi excitatus resipuit. Postea vero in Conciliabulo Northamptonensi quasi perjurus condemnatus est ob id solum, quod Conciliabulo cui invitus subscripscerat nolle adhærescere.

Cassiliense sub Alexandre III. & Henrico II. in quo editi sunt 8. Canones ad mores & disciplinam pertinentes. an. 1172. eodem anno habitum est *Concilium Abrincatense*, in quo Henricus II. qui morti Thomae Cantuariensis occasionem dederat, absolvitur, sed certis conditionibus ei à legato Apostolice sedis prescriptis. Anno 1175. habitum est *Londinense Concilium*, in quo editi sunt 19. Canones ad mores & disciplinam pertinentes.

Lateranense sub Alexandre III. & Frederico I. an. 1178. in quo Imperator Fridericus Victoris Antipapæ defensor, & Alexandre Papæ infensus, ut Schismatis autor, ex Alexandri Sententia Imperio privatus declaratur.

Venetum sub Alexandre III. & Friderico Imperatore. an. 1177. post decem & novem annos Schismatis inter Alexandrum & Fridericum tandem Venetiis ambo Alexander & Fridericus pacem inierunt, hicque Deum in Alexandre Venerans Imperiali dignitate postposita rejecto Pallio ad pedes Papæ totum se extenso corpore inclinavit; quem Alexander Papa cum lacrymis benignè elevans recipit in osculo, & benedixit, & absolvit ab omnibus censuris, cumque in Ecclesiam deduxit, in qua pronuntiatum anathema in eos omnes, qui eam pacem dissolvere tentaverint his verbis: *Sicut hæ candelæ extinguuntur, sic eorum anime æterne visionis lumine & claritate priventur*, cumque candelæ projectæ essent &

extinctæ, Imperator alta voce cum aliis fiat, fiat pariter acclamavit. Et sic finitum Concilium & extinctum schisma. Quod autem Papa pedibus conculcaverit Imperatorem dicens *concubabis leonem & draconem* nullo monumento Ecclesiastico probari potest.

Lumbariense sub Alexandro III. & Ludovico VII. Francorum Rege. an. 1176. in quo hæretici Albigenses damnati sunt. *Dispositio fuit ad Concilium Lateranense.*

Lateranense sub Alexandro III. & Friderico Imperatore. an. 1179. in quo damnati sunt Albigenses, qui *vetus Testamentum rejiciebant*, & de *Novo Testamento* pauca solum admittebant. Eucharistiam confidere & absolutionem impendere esse penes quemcumque Christianum asserebant, &c. Eadem hæresis damnata est in Concilio Senonensi. an. 1198.

Parisiense sub Clemente V. & Philippo Augusto Francorum Rege. an. 1188. in quo cum Saladinus Palestinam occupasset, & Christiani auxilium postularent, institutæ sunt decimæ saladinæ, quo tributo dabatur decima pars omnium mobilium & omnium reddituum.

Eboracense sub Cœlestino III. & Richardo I. Angliæ Rege, in quo editi sunt duodecim Canones ad mores & disciplinam pertinentes. Eodem tempore in Concilio Londoniensi editi sunt 14. Canones circa mores & disciplinam.

Divisionense sub Innocentio III. & Philippo Augusto Francorum Rege. an. 1199. in quo Regnum Galliæ interdicto subjicitur eo quod Rex repudiata legitima uxore aliam subintroduxerat, sed interdictum illud sublatum est anno 1200. in Nigellensi & Suectionensi Concilio, eo quod dimiserat Rex adulteram.

ARTICULUS DECIMUS TERTIUS.

De Conciliis decimo tertio saeculo habitis.

MONTILIENSE, MONTELIMAR sub Innocentio III. Papa & Philippo Augusto Francorum Rege. In quo Raymundus Tolosæ Comes Albigensium hæreticorum fautor à Milone legato sedis Apostolicæ excommunicatus declaratur, nisi pro fidei cautione cedat septem castra, alioquin subditi Raymundi obsequii erga eum maneant liberi. Raymundus doris illis conditionibus acquievit, & sic absolutus est. Pro eadem causa habitum Concilium Vaurense & Monspeliense. Vaurense Concilium. ann. 1213. vetuit Petrus Aragoniæ Regi, qui cum copiis Tolosam venerat, ne suppeditas ferret Raymundo Comiti Tolosano ejus affini. Petrus relicto Tolosæ Præsidio militum ab urbe discessit. Episcopi in oppido Muret eodem anno Congregati Petrum Aragoniæ Regem dehortantur, ne Albigensibus copias suppeditet. Concilium Monspeliense. an. 1215. Simoni Monfortiano comiti donat comitatum Tolosanum, ex quo Albigenses hæreticos ejecerat, quod donum confirmatum est in Concilio Lateranensi eodem anno celebrato.

Avenionense sub Innocentio III. & Philippo Aug. Francorum Rege. an. 1209. in quo editi sunt 21. Canones ad mores & disciplinam pertinentes. 20. interfuerunt Episcopi.

Parisiense sub eisdem. an. 1210. in quo damnatus est Almaricus, qui negabat resurrectionem.

nem, Paradisum, & infernum, negabat pariter revelationem supernaturalem. Dicebat Deum sic locutum fuisse in Ovidio sicut in Augustino. Eo tempore interdicta fuit Doctrina Aristotelis, & ejus libri de Metaphysica combusti, eo quod dedissent ansam illis erroribus Ann. 1212. alterum habitum Concilium Parisiis sub eisdem, in quo editi sunt 20. Canones ad mores & disciplinam pertinentes. Et sub iisdem habitum est Concilium Monspeliense. an. 1214. in quo editi 46. Canones ad mores & disciplinam pertinentes.

Lateranense IV. Generale XII. sub Innocentio III. & Friderico Imperatore, in quo damnata jam Albigensum & Almarici Doctrina solemni judicio anathematizatur, & liber Abbatis Joachim Arianismum circa Trinitatem renovans, reprobatur, & editi sunt 67. canones mores & disciplinam respicientes.

Oxoniense sub Honorio III. & Henrico III. Anglorum Rege an 1222. in quo editi sunt 49. Canones circa mores & disciplinam. *Germanicum* sub eisdem. an. 1225. in quo contra incontinentiam Clericorum, eorumque avaritiam tredecim Canones editi sunt. *Narbonense* sub eisdem. an. 1227. in quo editi sunt 20. Canones ad conservandum jus Ecclesiastice jurisdictionis. *Tolosanum* sub iisdem. an. 1229 in quo editi sunt 45. Canones ad mores & disciplinam pertinentes.

Turiasonense sub Honorio III. an. 1229. in quo ex consensu mutuo partium Matrimonium Jacobi Aragoniae Regis & Eleonorae Castellæ dissolutum est, & Alphonsus puer ex hoc matrimonio natus declaratur verus.

hæres, & ab omnibus vasallis tamquam Rex & Dominus agnoscitur.

Apud Castrum Gonterii sub Gregorio IX. & Ludovico IX. an. 1231. in quo editi sunt 37. Canones ad mores & disciplinam pertinentes, *Biterrense* sub eisdem 1233. in quo editi sunt 26. Canones circa mores & disciplinam.

Narbonense sub eisdem. an. 1235. in quo Dominicanis Inquisitoribus praescriptus est modus procedendi contra hæreticos. *Turonense* sub eisdem. an. 1236. in quo 14 Capitula edita sunt, quibus mores reformatur, & disciplina dirigitur. *Turonense* alterum sub eisdem. an. 1239. in quo cum simplices curati autoritate propria excommunicarent, & excommunicationes ex frequenti usu despicerentur, additæ sunt novæ circumstantiæ, quibus solemnior & terribilior fieret excommunicatione, quales sunt solemnitates, quæ modo circa id observantur.

Cantrariense sub Gregorio IX. & Henrico III. Anglorum Rege. an. 1236. Cum Ecclesia Anglicana maxima reformatione egeret, constituti sunt in hoc Concilio 41. Canones & mores & disciplinam respicientes. Sub eisdem *Londinense* Concilium an. 1237. 31. Canones ad eundem finem constituit. Et *Vvgoriensis* Synodus sub eisdem. an. 1240. Capitula 59. sancivit, quibus remedium aliquod tantis malis afferretur.

Lugdunense I. Generale XIII sub Innocentio IV. & Ludovico IX. an. 1245. Cum Fridericus Imperator Romanum Pontificem Innocentium IV. una cum Cardinalibus interce-
dijus 11

250 MORALIS CHRISTIANA

pere meditaretur, non procul à Roma, quo pacis promovendæ specie Imperator accelerat, Innocentius IV. Genuam primo, deinde Gallias evasit, ibique Concilium Lugdunense convocat, cui interfuerunt Patriarchæ tres, Episcopi 140. Imperator Constantinopolitanus, Tolosanus Comes, oratores Regis Galliæ, & Angliæ, & aliorum principum, imo & orator Friderici, in quo damnatus est Imperator Fridericus, & insuper declaratus privatus imperii dignitate, & Regno Siciliæ.

A Lugdunensi primo usque ad Lugdunensem secundum multa celebrata sunt Concilia, quæ mores & disciplinam solum respiciunt.

Biterrense sub Innocentio IV. & Ludovico IX. an. 1246. in quo editi sunt 46. Canones:

Valentinum sub eisdem. an. 1248. in quo editi sunt 23. Canones. Insulanum sub eisdem. an. 1251. in quo editi sunt 13. Canones. Salmuriense sub eisdem. an. 1253. in quo editi 32. Canones. Aibiense sub Alexandro IV. & Ludovico IX. in quo editi sunt 12. Canones. Burdigalense sub eisdem. an. 1255. in quo editi sunt 29. Canones. Copriniacense sub eisdem. an. 1255. in quo statuti sunt 39. Canones. Roffiacense. an. 1258. in quo 10. editi sunt Canones. Monspeliense sub eisdem, in quo 8. editi sunt Canones. Copriniacum sub eisdem. an. 1260. in quo 19. editi sunt Canones. Areatense sub eisdem. an. 1260. in quo editi sunt 17. Canones. Coloniense sub Alexandro IV. & Friderico II Imperatore. an. 1260. in quo editi sunt 42. Canones, quorum 14. Clericos, 28. vero Monachos respiciunt. In Anglia sub Alexandro IV. &

Henrico

Henrico III. Habitum Concilium *Lambethense*, an. 1261. in quo editi sunt 20. Canones, & Concilium *Londinense* sub Clemente IV. & Henrico III. in quo editi sunt 54. Canones & *constitutio Henrici III.* contra non residentes. In Gallia istis temporibus multa habita sunt Concilia mores & disciplinam præcise spectantia *Copriniacense* sub Urbano IV. & Ludovico IX. an. 1262. in quo editi sunt 7. Canones. *Burdigalense* sub eisdem. an. 1262. in quo editi sunt. 7. Canones. *Parisiense* 1. sub eisdem. an. 1263. in quo centesima pars bonorum Ecclesiasticorum addicta est ad quinquennium subsidio terræ sanctæ. *Nannetense* sub eisdem. an. 1264. in quo editi Canones 9. *Parisiense* II. sub eisdem. an. 1264. in quo edicitur ut blasphemis vel labia, vel lingua ferro candenti inusta perforentur. Sub Clemente IV. & Ludovico IX. Habita sunt hæc Concilia etiam circa mores & disciplinam. *Sancti Ludovici Pragmatica Sanctio*. an. 1268. *Apud Castrum Gonterii* Concilium sub eisdem. an. 1268. in quo editi sunt Canones 8. *Andagavense* sub eisdem. an. 1269. in quo editi sunt Canones 2. & cautum ne Domini temporales impeditent legata fieri Ecclesiæ. *Senonense* sub eisdem. an. 1269. in quo editi sunt 6. Canones. *Compendiense* sede Romana vacante sub Ludovico IX. an. 1270. in quo actum est contra Ecclesiasticorum bonorum invasores. *Avenionense* sub eodem. an. 1270. in quo editi sunt 8. Canones. *Apud Sanctum Quintum* sub eodem. an. 1271. in quo editi sunt 5. Canones. *Redonense* sub Gregorio X. & Philippo III. Francorum Rege. an. 1273.

252 MORALIS CHRISTIANA,
in quo editi sunt 7. Canones.

Lugdunense 2. Generale 14. sub Gregorio X. & Philippo 3. Francorum Rege an. 1274. in quo inita est concordia cum Grecis & definitum est Spiritum Sanctum à Patre filioque procedere. Cautum est ne Cardinales è clavi discederent, donec electus esset Pontifex. Prohibita est novorum ordinum institutio Papa inconsulto ac demum decreta est in terram Sanctam expeditio. In executionem hujus Concilii duplex habita est Synodus Constantinopoli sub Joanne 19. Papa anno 1277. in quo facta est professio fidei omnino conformis Ecclesiæ Romanæ 2. sub Nicolao Papa 3. in qua decretum est in Gregorio Nissen legi hæc verba : *Spiritus vero Sanctus & ex patre dicitur & ex filio esse affirmatur*; particula enim EX fuerat abrasa, ut negaretur processio Spiritus Sancti à Filio.

Ab anno 1274. usque ad annum 1300. si quæ habita sint Concilia Provincialia, ea omnia ad mores & disciplinam pertinent. *Arelatense* sub Gregorio X. & Philippo III. Francorum Rege an. 1275. in quo editi sunt 22. Canones. *Salmuriense* sub eisdem an. 1276. in quo editi sunt 14. Canones. *Bituricense* sub eisdem an. 1276. in quo editi sunt 16. Canones. *Langesiense* sub Nicolao III. & Philippo III. an. 1278. in quo editi sunt 16. Canones. *Apud pontem Audomani* sub eisdem an. 1279. in quo editi sunt 24. Canones. *Avenionense* sub eisdem an. 1279. in quo editi sunt 15. Canones. *Budense* sub eisdem an. 1279. in quo editi sunt 69. Canones. *Andagavense* sub eisdem an. 1279. in quo editi sunt 5. Canones. *Colo-*

DE VERO USU CONCIL. 253
niense sub eisdem an. 1280. in quo editi sunt
18. Canones. *Pictaviense* sub iisdem an.
1280. in quo 11. Canones statutis sunt.

Salzburgense sub Martino 4. & Rodolpho
Imperatore an. 1281. in quo editi sunt 18.
Canones. *Lambethense* sub Martino 4. &
Eduardo an. 1281. in quo editi sunt 27. Ca-
nones. *Avenionense* sub Martino 4. & Philip-
po 3. an. 1282. in quo editi sunt 10. Ca-
nones. *Santonense* sub eisdem an. 1282. in quo
editi sunt 5. Canones. *Turonense* sub eis-
dem an. 1282. in quo editi sunt 13. Canones.
Nemausense & *Pictaviense* an. 1282. in quibus
renovati sunt Canones in prioribus Conciliis
editi. *Ravennatense* sub Honorio 4. & Ro-
dolpho Imperatore an. 1285. in quo 9. editi
sunt Canones. *Bituricense* sub eodem 1 ap 1
& sub Philippo. 3. in quo editi sunt Ca-
nones. 35. *Exonense* sede vacante sub Eduardo
an. 1287. in quo 55. Canones editi sunt. *Her-
bipolense* sede vacante & sub Rodolpho Im-
peratore an. 1287. in quo editi sunt 4. Ca-
nones. *Insulanum* sub Nicolao 4. & Philippo
4. Francorum Rege 1288. in quo editi sunt
18. Canones. *Cicestrense* sub Nicolao 4. &
Eduardo Anglorum Rege an. 1289. in quo edi-
ti sunt 41. Canones. *Nugariense* sub Nico-
lao 4. & Philippo 4. an. 1290. in quo editi
sunt Canones 12. *Salmuriense* sub eisdem an.
1249. in quo editi sunt 5. Canones. *Rho-
magense* sub Bonifacio 8. & Philippo 4. Fran-
corum Rege an. 1295. in quo 7. editi sunt.
Canones.

Bajocense sub eisdem an. 1300. in quo
Y ij.

254 MORALIS CHRISTIANA.
collecti sunt Can. 113. Auscitanum sub eisdem, in quo editi sunt 12. Canones.

ARTICULUS DECIMUS QUARTUS.

De Conciliis saeculo decimo quarto habitis

I Sto saeculo unicum habitum est Concilium Generale, Viennense scilicet. Concilia Provincialia, quae habita sunt, mores & disciplinam respiciunt, his exceptis Synodis, quae fuerunt dispositiones ad Concilium Viennense, aut ejus executiones, quae omnia Concilia breviter persequar.

Auscitanum sub Clemente 5. & Philippo 4. Francorum Rege an. 1308. in quo 5. editi sunt Canones, quibus cavetur ne Canonici per alios munera sua obeant, & ne mendicantes ad alium ordinem transeant. Pessimum in Hungaria sub eodem Papa an. 1309. in quo editi sunt Canones novem, quibus præcipitur ut suscipiatur Carolus Rex, & vetatur ne Catholicci contrahant Matrimonia cum hæreticis aut schismaticis.

Saltzburgense sub Clemente Papa V. & Henrico 7. Imperatore an. 1310. in quo 4. Canones editi sunt, quibus cavetur ne Clerici Tabernas frequentent, & artem mimicam exerceant. Colonense sub eisdem an. 1310. in quo editi sunt 29. Canones.

Viennense in Gallia Generale 15. Templarii Religiosi erant, qui armis contra infideles templum Ierosolimitanum tutabantur & peregrinos eunes Jerusalem ab infidelium incuribus vindicabant, multas victorias contra infideles.

retulerunt, sed infandis criminibus accusati sunt in Ravennatensi Concilio an. 1310. in quo decretum est, ut res maturius examinaretur. In Concilio Moguntinensi cum eadem res proponeretur judicanda, veniunt 20. templarii armati & ad futurum appellant Concilium. Quo circa Congregatur Viennense Concilium an. 1311. in quo ordo Templariorum extinguitur, bona eorum temporalia in Hospitalios Jerusalem, quos equites Melitenses vocamus, translata sunt. In eodem Concilio damnati sunt Beguardi & Beguinæ fornicationem ut licitam habentes, orationem & jejunium condemnantes, &c. Decreta est insuper expeditio in terram Sanctam. Post hoc Concilium habita sunt sequentia Concilia Provincialia, quæ mores & disciplinam solum respiciunt.

Ravennatense 2. Sub eisdem an. 1311. in quo editi sunt 32. Canones. Ravennatense 3. sede & imperio vacante an. 1314. in quo editi sunt 20. Canones ad Monasticam disciplinam pertinentes. Nugaroliense sede vacante sub Ludovico X. an. 1315. in quo permisum est ut damnatis ad supplicium mortis Sacerdos concederetur, qui eos absolveret, quod utique eis in variis locis negabatur. Ravennatense sub Joanne 20. aliis 22. imperio vacante an. 1317. in quo editi sunt 24. Canones. Senonense sub eodem Papa & Carolo 4. Rege Franciæ an. 1320. in quo festum Corporis Christi institutum est. Parisiense sub eisdem in quo idem festum celebrandum præcipitur an. 1323. Avenionense sub eisdem an. 1326. in quo à Papa obtentæ sunt indul-

gentiæ pro eis, qui devotè idem festum celebrarent. *Marcianense* sub eisdem an. 1326. in quo collecta sunt capitula 56. *Silvaniense* sub eisdem 1327. in quo circa mores & disciplinam capitula septem edita sunt. *Kofiaense* sub eisdem an. 1327. in quo cavetur ne sacerdotes judices in Clericos sine præviis mentionibus judicium exerceant. *Compendiense* sub eisdem an. 1329 in quo cautum est ne Beneficiorum Ecclesiasticorum redditus dividerentur. *Conventus Parisiensis* inter *Bertrandum Aduensem Episcopum*, & *Petrum de Cugne* iis, in quo agitata est quæstio de limitib[us] jurisdictionis Ecclesiastice & civilis. Rex respondit se nolle in aliquo jurisdictionem Ecclesiasticam infringi.

In Anglia sub Joanne 20. aliis 22. & Eduardo 2. habitum est multiplex Concilium circa mores & disciplinam. *Londinense* 1. an. 1321. in quo editi sunt 8. Canones. *Londinense* 2. sub eisdem an. 1328. in quo editi sunt 9. Canones & *Lambethense* sub eisdem an. 1330 in quo collectæ sunt 10. constitutiones.

In Hispania sub Joanne 20. aliis 22. & Alfonso II. habitum est duplex Concilium circa mores & disciplinam. *Toletanum* an. 1324. in quo editi sunt Can. 8. & complutense an. 1326. in quo habiti sunt Canones. 2.

In Gallia sub Benedicto Papa XI. & Philippo 6. Francorum Rege habitum est multiplex Concilium circa mores & disciplinam. *Rhotomagense* an. 1335. in quo 13. editi sunt Canones. *Apud castrum Gonterii* sub eisdem an. 1336. in quo editi sunt 12. Canones.

Avenionense sub eisdem an. 1337. in quo editi sunt 70. **Canones.** Quibus addi potest *Toletanum* sub eodem Papa & Alphonso XI. an. 1339. in quo editi sunt 5. **Canones.**

In Anglia sub Clemente 6. & Eduardo 3. habitum est multiplex Concilium circa mores & disciplinam. *Londinense.* 1. an. 1342. in quo editi sunt 12. **Canones.** *Londinense* 2. an. 1342. in quo editi sunt 17. **Canones.**

In Gallia sub Clemente 6. & Philippo 6. habitum est multiplex Concilium circa mores & disciplinam. *Noviomense.* an. 1344. in quo editi sunt 17. **Canones.** *Parisiense* sub iisdem an. 1346. & editi sunt 33. **Canones.** *Biterrense* sub eisdem an. 1351. in quo editi sunt **Canones** 8.

In Hispania sub Clemente 6. & Alphonso XI. habitum est *Toletanum* an. 1347. in quo 4. editi sunt **Canones** ad mores & disciplinam pertinentes. Cui addi potest *Toletanum* alterum sub Innocentio 6. & Alphonso XI. in quo actum est an. omnes leges *ex aequo obligarent*, & ad culpani, & ad pœnam.

In Gallia sub Urbano V. & Joanne Francorum Rege habitum est multiplex Concilium mores & disciplinam respiciens. *Andagavense* an. 1363. in quo 14. editi sunt **Canones.** *Vauvrense* sub eisdem an. 1368. in quo collecti sunt 133. **Canones.**

In Anglia sub Urbano V. & Eduardo 3. habitum est Concilium, *Eboracense* in quo editi sunt Can. 10. mores & disciplinam respicientes, cui addi potest. *Londinense* sub eodem Papa & sub Ricardo 2. an. 1382. in quo cœperunt errores *VVicletti* condemnati.

258 MORALIS CHRISTIANA.
Dispositio fuit istud Concilium ad Concilium Constantiense.

Salzburgense sub eodem Papa & VVenceslao Imperatore an. 1386. in quo actum est de modo concionandi. *Palentinum* sub eodem Papa & Joan. Castellæ Rege in quo 7. Canones editi sunt circa mores & Disciplinam.

ARTICULUS DECIMUS QUINTUS.

De Conciliis saeculo decimo quinto habitis.

Toto isto saeculo Ecclesia schismate dilacerata est, cuius schismatis historiam refero in synopsi methodica reducente Conciliorum Canones ad certa capita; ideo hic dicam solum nomina Conciliorum, quæ isto saeculo habita sunt.

Oxoniense sub Gregorio 12. & Henrico 4. an. 1408. in quo condemnantur errores VViclefi.

Pisanum 1409. in quo Gregorius 12. & Benedictus 13. deponuntur & eligitur Alexander 4.

Constantiense sub Joanne 23. in quo depositi sunt Gregorius 12. & Benedictus 13. & Joannes 23. Papatum abdicavit, & electus est Martinus 5. In eodem Concilio damnati sunt errores VViclefi, qui idem fere docebat, quod docuerant Albigeneses, & postea docuerunt Calvinistæ, & Lutherani.

Senense sub Martino 5. & Sigismundo Imperatore an. 1423. in quo nihil ferè actum ob grassantem pestem, sed præparatio fuit ad Concilium Basileensem.

Basileense sub Martino 5. & Eugenio 4. an. 1442. in quo multa circa mores edita sunt, dissolutum fuit ab Eugenio, ut dicemus.

Florentinum generale 16. sub Eugenio 4. & Alberto 2. Imperatore an. 1438. in quo sopitum est schisma, & facta est unio Ecclesiae Latinæ cum græca.

Frisingense sub Eugenio 4. & Friderico 3. an. 1440. in quo decreta Concilii Basiliensis cum quadam restrictione accepta sunt.

Rhotomagense sub eisdem an. 1445. in quo editi sunt 40. Canones ad mores & disciplinam pertinentes.

Andigavense sub Nicolao 5. & Carolo 8. Francorum Rege an. 1448. in quo editi sunt 37. Canones ad mores & disciplinam pertinentes, cui addi potest *Senonense* sub eisdem an. 1485. in quo editi sunt 26. Canones ad mores & disciplinam pertinentes.

Coloniense sub Nicolao 5. & Friderico 3. Imperatore aa. 1452. in quo cautum est, ne frequentius & sine debito cultu Corpus Christi palam in Ecclesiis exponeretur.

Toletanum sub Sexto IV. & Henrico 4. an. 1473. in quo collecta sunt 29. capitula ad mores & disciplinam pertinentia.

ARTICULUS DECIMUS SEXTUS.

De Conciliis saeculo decimo sexto habitis.

LAteranense V. Sub Julio 2. & Leone 10. & Maximiliano Imperatore an. 1512. in quo reprobatum est Conciliabulum pisac-

num, quod in Julium 2. quidam Cardinales Congregaverant, actumque est de reformatis Ecclesiæ moribus, de uniendis principiis Christianis, & de promovenda in Turcas expeditione sacra. Tandem confirmata sunt concordata inter Leonem X. & Franciscum I. Gallorum Regem inita.

Bituricense sub Clemente VII. & Francisco I. an. 1528. in quo damnati sunt Lutheri errores, & cautum est, ne libri quamvis iboni lingua vernacula ederentur, ne error haereticorum fraudulenter proderet. *Senonense* sub eisdem eodem anno 1528. in quo contra Lutheranos editi sunt 16. tituli circa fidem, quibus titulis nihil doctius, & 40. circa mores & disciplinam.

Coloniense Sub Paulo 3. & Carolo 5. in quo edita sunt cap. 325. in quatuordecim partes divisa, quo opere nihil doctius, & solidius fieri potest.

Augustinense sub eisdem an. 1548. in quo edita sunt decreta 33. inter quæ 19. explicat quibus neganda sit Eucharistia. *Coloniense* sub eisdem an. 1549 statuuntur leges pro instaurazione studiorum, examine ordinandorum, officiorum perfunctione, Ecclesiarum visitatione, Synodorum celebratione, & jurisdictionis Ecclesiasticæ restitutione. & insuper 38. capita pro quibusdam aliis abusibus reformandis. *Moguntinum* sub eisdem in quo edita sunt 104. capitula fidem mores, & disciplinam respicientia. *Trevirensse* sub eisdem, in quo circa idem 20. capitula edita sunt.

Tridentinum sub tribus Romanis Pontificibus Paulo III. Julio III. Pio IV. & Ca-

DE VERO USU CONCIL^E 161
Carlo. V. & Ferdinando Imperatoribus ab an.
1545. usque ad an. 1563.

Mediolanense. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Sub Cardinali Borromæo ab an. 65. usque ad an. 82. in quo multiplici Concilio variis eduntur Canones circa mores & disciplinam, eò tendentes, ut Concilium Tridentinum observetur. In eundem finem multa habita sunt alia Concilia Provincialia: in Gallia Rhemense sub Pio IV. & Carolo 9. Præsidente Cardinali Lothorin-gia. an. 1564. Rhoiomagense sub Gregorio 13. & Henrico 3. sub Cardinali Borbonio an. 1581. Rhemense sub Gregorio 13. & Henrico 3. 1583. Præsidente Cardinali à Guisa Burdigalense sub Gregorio XIII. & Henrico 3. an. 1582. Præsidente Antonino Sansaco Archiepiscopo Burdigalensi. Turonense & Andegavense sub Gregorio XIII. & Henrico 3. an. 1583. Præsidente Simone Mailleto Archiepiscopo Turonensi. Bituricense sub Greg. XIII. & Henrico 3. an. 1584. Præsidente Reginaldo Belenensi.

Aquense sub Sixto V. & Henrico 3. an. 1585. Præsidente Alexandro Coignaco Archiepiscopo. Tolosanum sub Sixto V. & Henrico 3. Præsidente Cardinali de Joyosa Archiepiscopo Tolosano an. 1590. Extra Galliam habita sunt multa Concilia Provincialia ad executionem Tridentini v. g. Mechliniense duplex, & Petricoviense multiplex.

ARTICULUS DECIMUS SEPTIMUS.

De Conciliis sæculo decimo septimo habitis.

Decimo septimo sæculo nullum habitum est Concilium Generale, sed habita sunt aliqua Concilia particularia ad exequendum ea, quæ in Concilio Tridentino decreta fuerant. In Gallia hæc habita sunt, Narbonense sub Leone, an. 1609. præsidente Ludovico de Vervins Archiepiscopo Natbonensi.

Senonense sub Paulo V. & Ludovico 13. an. 1612. Præsidente Davio Perronio. Aquense sub Paulo V. & Ludovico 13. an. 1612. Præsidente Paulo Huralto Hispitalio Aquensi Archiepiscopo. Duo ista Concilia præcipue habita sunt contra librum, cui Titulus *de Ecclesiastica & politica potestate*. Burdigalense sub Urbano 8. & Ludovico XIII. an. 1624. Præsidente Cardinali de Sourdis Archiepiscopo Burdigalensi.

Non adulor mihi me nullum omisisse Concilium in hac Synopsi historica; nam quædam ex industria præteri, quæ mihi visa sunt exigui momenti, sed ea retuli, quæ vel Labbæus vel Baluzius collegerunt, quando mihi alicujus momenti apparuerunt, sed jam ad utiliora veniamus.

CAPUT TERTIUM ET QUARTUM.

HIC tradenda esset Synopsis continens Homines morum & disciplinæ Canones, qui editi sunt in variis Conciliis, tum Generalibus, tum Provincialibus. Quos ego Canones ubi Collegi, non de verbo ad verbum, sed solum quo ad sensum, tamen haec collectio ita excravit, ut vix in uno volumine valeat contineri, eam ergo omnino omitto, poterit tamen suo tempore prodire, si cognoscam quod lectori non sit displicitura, interim sit.

CAPUT QUINTUM.

In quo proponitur methodus, quâ Concilia Generalia & particularia, & facilius addiscantur, & firmius retineantur.

PRO E M I U M.

Experientiâ constat, quod ex multiplici tantarum rerum in tot Synodis sanctarum varietate oritur insuperabilis difficultas, quæ memoriam obtuat, animos frangat, & penè ad desperationem adducat, vel mediocris utilitatis ex hoc studio percipiendæ dum enim aliquis posterioribus Conciliis addiscendis insistit, priorum obliviscitur; & sic studium deficit animus; imò contingit saepius, ut omnino deseratur Conciliorum studium;

licet viris Ecclesiasticis pernecessarium.
Cui malo ut remedium aliquod afferam, hanc
methodum propono, donec aliquis erudi-
tus autor & faciliorem & tuitorem pro-
ferat.

Quadruplex propono principium, ad quod
omnes reducuntur Canones, qui vel fidem,
vel mores, vel disciplinam respiciunt; licet
illi Canones, & diversis temporibus fuerint
editi, & in diversis Conciliis definiti. Rut-
sus eosdem Canones in tres diversas Classes
distribuo, scilicet in Canones fidei, motum,
& disciplinæ, & quamlibet Ecclesiæ decisi-
onem ad suam classem revocans, primo intuitu
propono, quæ fidem respiciunt, secundo
quæ mores spectant, tertio vero quæ "anti-
quam & recentem Ecclesiæ disciplinam mani-
festare possunt; eaque usus methodo futurum
spero, ut singula, aut saltem insigniora Ec-
clesiæ decreta in hac brevi methodo com-
prehendantur. Utrum propositum meum fue-
rim asscutus, tuum esto judicium, amice
lector, interim tuâ ipsiusmet industriâ, adde
quod deest; reseca, quod superest, immuta
quod tibi male distributum videbitur, &
istâ propositâ methodo utere, donec offe-
ratur nobis aliqua nova collectio Concilio-
rum, quâ lectio Synodorum viris Ec-
clesiasticis omaind necessaria, facilior, ac sua-
vior efficiatur.

Primum Principium.

Quæcumque in Conciliis stabilita sunt,
pertinent, vel ad fidem, vel ad mores, vel

ad disciplinam , id est , in Conciliis præscribitur , quid credendum , quid non credendum , ut simus sinceri in fide . Determinatur quid agendum , quid non agendum , ut simus Sancti in moribus . Stabilitur quis modus servandus tum à superioribus erga inferiores , tum ab inferioribus erga superiores , qualisque debeat esse principatus in Ecclesiâ , & quæ consuetudines servandæ , ut regimen Ecclesiasticum sit bene ordinatum .

Prohatur. I^o. Scripturâ. Ex cap. 15. actuum Apostolorum constat , quod ab Apostolis post adventum Spiritus Sancti celebratum fuit Concilium ; qui quidem conventus , cum sit præcipuus ab Apostolis celebratus , debet esse regula & norma aliorum ; quia , ut dicunt . Primum in unoquaque genere est mensura cæterorum . Atqui in hoc Concilio determinatum est aliquid pertinens ad fidem , aliud pertinens ad mores , & tertium pertinens ad disciplinam . Ergo quidquid decernitur in Conciliis , pertinet , vel ad fidem , vel ad mores , vel ad disciplinam . Quod in hoc Concilio determinatum sit aliquid pertinens ad fidem , aliud ad mores , aliud ad disciplinam , patet ex lectione actuum Apostolorum . Nam primò dicitur à pescatoribus . *Visum est Spiritui Sancto & nobis : quo tamquam de fide determinatur infallibilitas Conciliorum ; quæ in Christi nomine congregantur.* Secundò additur : *Visum est nihil imponere vobis oneris præter hæc necessaria , scilicet ut abstineatis à fornicatione , & à contumitionibus simulacrorum , quibus verbis duo ad mores præscribunt . vetant scilicet Apostoli fornicationem.*

tionem & idololatriam, vitia gentilibus communia, & maximè apud ipsos usitata. Tertiò addunt. Visum est, ut abstineatis à sanguine & suffocato, quibus verbis cum præcedentibus connexis cæteras legis Mosaïcæ ceremonias abrogant; solam abstinentiam à suffocato & sanguine præscribentes; quod quidem pertinet ad disciplinam. Permittunt, immò jubent ad tempus, aliquid à Synagogâ observatum; ut eam, inquit patres, cum honore sepe liren̄, & ut ostenderent legem Moysis esse à Deo, paganismum à Diabolo; ex illa voluerunt aliquid in nova lege retineri; verum ex illo nihil voluerunt observari.

2^o. Ratione. Quod exigitur ab homine Christiano, istud est, primò ut humilitè credat; quia sine fide impossibile est placere Deo. Secundò ut sanctè vivat; quia fides sine operib⁹ mortua est. Tertià quod Ecclesiæ, cuius est membrum, se conformet; quia ut mouet Paulus, quilibet fidelis consuetudinem Ecclesiæ tamquam regulam vivendi debet sibi proponere. si quis, inquit, contentiosus voluerit esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei. Ergo ut fidelis sit plenè instructus per Concilia, debet in Conciliis resolvi, primò quid credendum, quid non credendum, ut fides sit pura: secundò debet determinari, quid agendum, quid non agendum, ut mores sine Sancti: Tertiò debet stabiliti, qualis debeat esse principatus in Ecclesia, & quæ consuetudines servandæ, ut regimen Ecclesiæ sit bene ordinatum. Ergo quæcumque tractantur in Conciliis, reducuntur, vel ad fidem, vel ad mores, vel ad disciplinam.

Secundum Príncipium.

Tria hæc scilicet fides, mores, & disciplina, eo ordine stabilita fuere in Conciliis, ut exortis divino permisu hæresibus, atticuli fidei magis necessarii prius explicarentur, posterius verò minus necessarii. Item dogmata morum, magis necessaria prius resolverentur, posterius verò minus necessaria: tertio capita disciplinæ optimo Ecclesiæ regimini magis necessaria prius stabilirentur, posterius verò minus necessaria; adeò ut juxta majorem vel minorem Ecclesiæ necessitatem, prius posteriusve determinata fuerint in Conciliis, quæ vel ad fidem, vel ad mores, vel ad disciplinam pertinent.

Probatur 1º. Scripturâ. *Necesse est, ut veniant scandala*, inquit Christus. Math. 18. v. 7. *Oportet hæreses esse*, inquit Paulus, 1a. ad Corinth. cap. 11. v. 19. Ergo pertinet ad Dei providentiam, quæ in *sui dispositione non fallitur*, permettere, ut ea quæ erant magis Ecclesiæ necessaria prius ab hæreticis impetererentur, posterius verò, quæ erant minus necessaria, quatenus ex illis hæreticorum factionibus Episcopi occasionem sumerent definendi, & clarius explicandi, quæ in scriptura, vel traditione à Christo per Apostolos dimanante continebantur, idque eo ordine, ut juxta cuiuslibet materiæ, vel majorem, vel minorem necessitatem definirentur à Conciliis, primò quæ magis erant necessaria, posterius verò quæ minus necessitatis habebant,

2^a. Ratione. Ecclesia Respublica est, non ab hominibus fundata, sed ab ipso Deo per Christum stabilita: cum ergo perfecta sint Dei opera, Ecclesia in sui exordio plenam habuit integratatem, sive fidem species, sive mores consideres, sive disciplinam inspicias: ut paret ex Ecclesia Hierosolimitana, quam describit Lucas act. cap. 1. & 2. sed quia Deus voluit Ecclesiam ab haereticis quidem impeti, minime vero tantisper per eos concurti; ideo permisit, eo ordine haereticos in Ecclesiam insurgere; ut Articulos fidei magis necessarios prius adoritentur, posterius vero minus necessarios. Item ut dogmata morum magis necessaria prius corrumperent, posterius vero minus necessaria. Demum ut fundamenta disciplinæ præcipua primò artingerent, postremò vero minus præcipua, ut hac occasione in Conciliis explicarentur, primò ea quæ erant magis necessaria, postremò vero quæ minus habebant necessitatis. Ergo juxta majorem vel minorem necessitatem prius vel posterius definita sunt in Conciliis, quæ pertinent, vel ad fidem, vel ad mores, vel ad disciplinam.

Tertium Principium.

Concilia Generalia simpliciter, ad quæ convocantur totius orbis Episcopi, Concilia non generalia simpliciter, ad quæ non convocantur omnes totius orbis Episcopis sed convocantur solum, vel Episcopi alicujus nationis, vel Episcopi alicujus Provinciæ, eo ordine antecedunt se, & consequuntur se,

ut vulgo Concilia particularia , quæ præcedunt generale , sunt dispositiones ejus generalis Concilii , quod præcedunt , & Concilia particularia , quæ subsequuntur Concilium Generale , sunt executiones ejus Concilii Generalis , quod præcessit.

Probarur 1º. Ex scriptura juxta Mathæum cap. 5. v. 21. Apud Judæos duplex erat tribunal , scilicet *judicium* & *Concilium*. *Judicium* erat paruum *Synedrium* , & constabat ex triginta tribus judicibus. *Concilium* erat magnum *Synedrium* constans ex multo pluribus judicibus : ergo à pari in Ecclesia duplex est *Concilium* parvum & magnum : parvum , quod vocatur *Provinciale* : magnum , quod vocatur *generale* : atqui juxta Augustinum , ut notat Duhamel in notis in Mathi magnum *Synedrium* definitivam sententiam habebat , & parvum *Synedrium* aut præparabat ad sententiam irrefragabilem , aut eam exequebatur : ergo à pari in Ecclesia solum *Concilium Generale* irrefragibilem facit decisionem , *Concilium* verò *Provinciale* , aut ad illam decisionem disponit , aut eam exequitur.

2º. Ratione. Ea est divini numinis sapientia , quæ attingit à fine usque ad finem fortiter , & disponit omnia suaviter , ut effectus à Deo per causas secundas producendus , primò à causa particulari sumat exordium , à causa universalis complementum , & iterum à causa particulari applicetur ad usum.

Sic in naturalibus german à rustico tamquam à causa particulari in terram præparatam injicitur , à sole & terra tamquam à causis universalibus ad maturitatem perducitur , &

icerum à rustico tamquam à causa particulari colligitur, & in horreum mittitur, humanis usibus applicandum.

Sic in politicis lites incipiunt à privatis procuratoribus, & causarum patronis judicum subalternorum, quorum sententiis non tam finiuntur lites, quam elucidantur; mox ad supremos judices evocantur tamquam ad causas universales; demum istorum judicium executioni mandatur per privatos ministros.

Nihil ergo mirum, si in Ecclesia res eodem ferè modo se habeant, scilicet si quæ pertinent ad fidem, mores, & disciplinam, primò à particularibus Conciliis pertractentur; deinde veniatur ad Concilium Generale; postmodum vero Concilii Generalis statuta, per Concilia Particularia executioni mandentur; & ita Concilium particulare sit dispositio ad Concilium Generale quod antecedit, & Concilium particulare sit executio Concilii Generalis, quod præcessit.

Quartum Principium.

Canones fidei sunt hi, qui reducuntur ad Symbolum Apostolorum, & qui sunt obriores ejusdem Symboli explicationes. Canones morum sunt hi, qui reducuntur, vel ad Decalogum, vel ad Evangelium, & sunt fusiores vel Decalogi, vel Evangelii expositiones. Statuta disciplinæ sunt ea, quæ reducuntur ad legem mere Ecclesiasticam, & sunt variae Ecclesiastici regiminis explicaciones.

Probatur Dogmata fidei continentur in

DE VERO USU CONCIL. 271
Symbolo, ideo dicitur summa credendorum. Regulae morum continentur, vel in decalogo, vel in Evangelio; ideo Lex naturalis & Evangelica dicitur norma agendi. Statuta disciplinæ continentur in Regimine Ecclesiæ; ideo praxis Ecclesiæ dicitur usus, cui nos conformare oporteat. Ergo Canones fidei sunt hi, qui reducuntur ad Symbolum; Canones morum sunt illi, qui reducuntur ad Decalogum. Canones disciplinæ sunt illi, qui reducuntur ad merum Ecclesiæ usum.

APPlicatio PRÆDICTORUM PRINCIPORUM.

SECTIO PRIMA.

*Quā methodo ad certa capita reduci queant
omnes Canones fidei.*

HÆc Sectio duos complectetur articulos. In primo reducentur ad certa capita omnes Canones fidei in Conciliis Generalibus editi. In secundo ad certa capita reducentur omnes Canones fidei editi in Conciliis particularibus.

ARTICULUS PRIMUS.

Quâ methodo ad certa capita reduci possint omnes Canones fidei in Conciliis Generalibus editi.

NO TA ex dictis Symbolum Apostolorum editum esse ab Apostolis 1º. Ut Prælati omnes haberent unam eamdemque fidei regulam , quam singuli omnibus prædicarent. 2º. Ut quilibet fidelis brevem fidei formulam memoriae mandaret facilius , frequentiusque profiteretur. 3º. Ut tam prælati quam populi brevi hac professione , & ab hereticis distinguerentur , & contra eorum fraudes præmuniti possent. Quod Symbolum in Doctrina fidei ita se habet , sicuti principia per se nota in scientiis naturalibus ; & sicuti conclusiones sunt ubiores principiorum explicaciones . ita **Canones fidei in Conciliis Generalibus editi** , sunt ubiores symboli expositiones , ut dicitur in Ephesino in relatione ad Theodosium de Nestorio depositio ; *fides , inquit , initio quidem à Sanctis Apostolis tradita , postea vero à trecentis decem & Otto patribus in Metropoli Nicæna exposita.* Quo indicatur Canones fidei in Conciliis Generalibus editos nihil aliud esse , quam ubiores symboli Apostolici expositiones.

Propositio unica. Ut fiat methodica reduc-tio Canonum fidei , qui editi sunt in Conciliis Generalibus , Concilia Generalia debent in duas classes distribui. In prima debent ponere Concilia , quæ explicant priorem symboli Apostolici partem. In secunda vero classe de-

bent statui ea Concilia, quæ explicant posteriorem symboli Apostolici partem.

Probatur. Symbolum Apostolorum commode dividi potest in duas partes; siquidem in prima parte proponit Deum unum in essentia & trinum in personis, & Christum verum Deum & hominem, dum dicit: *Credo in Deum Patrem, Credo in Iesum Christum, credo in Spiritum sanctum.* In secunda vero parte proponit Ecclesiasticam Hierarchiam, dum dicit; *Credo Ecclesiam, &c.* Proponit gratiam Christi, & Sacra menta, dum dicit: *Remissionem peccatorum, proponit futurum alterius vitæ statum, dum dicit: Carnis resurrectionem, vitam eternam, amen.* Ergo ut fiat methodica reductio Conciliorum Generalium, ea Concilia debent in duas classes distribui. In prima classe collocantur ea Concilia, quæ explicant Trinitatem, & incarnationem; & hoc factum est in septem prioribus Conciliis Generalibus. In secunda collocantur ea Concilia, quæ explicant doctrinam de Ecclesia, de gratia Christi, & Sacramentis, de futuro alterius vitæ statu; quod utique factum est in Conciliis Generalibus, quæ habita sunt à Concilio Generali octavo, usque ad Tridentinum: ideo duos paragraphos proponeamus. In 1º Referentur septem priora Concilia Generalia usque ad Concilium quartum Constantinopolitanum octavum generale. In 2º referentur alia Concilia Generalia, quæ habita sunt à quarto constantinopolitano usque ad Tridentinum.

§. I.

Reruntur Concilia Generalia à Concilio Apostolorum usque ad Concilium septimum.

PROÆMIUM.

QUAE nobis per se primò revelantur, & per Ecclesiam tamquam per regulam infallibilem proponuntur, sunt primo ipsa Dei veritas, & ipsa Ecclesiæ infallibilitas; deinde Deus unus in essentia, & Trinus in personis; postea Verbum Incarnatum, qui est Christus Jesus verus Deus, & verus homo, habens unam personam; eamque divinam, & duas naturas: alteram divinam, alteram humanam; qui quatenus homo visibilibus imaginibus repræsentati potest. Hæc omnia septem prioribus conciliis Generalibus exposita sunt, ut ex sequentibus consecutiis patet.

C O N S E C T A R I U M I. Post propositam in symbolo Apostolorum Generalem quamdam credendorum notionem, statuendi erat infallibilitas Ecclesiæ, quæ custodit revelationem, eamque fidelibus proponit, quippe, ut ait Augustinus, *Evangelio non crederem, nisi me Ecclesiæ commoveret autoritas.* Hæc autem Ecclesiæ infallibilitas declarata fuit in Concilio Apostolorum, quod habetur acto, cap. 15. Ubi Apostoli audenter hæc pronuntiant: *Vixum est Spiritus-Sancto & nobis;* innixi hoc Christi promisso: *Vbi fuerint duo vel tres Congregati in nomine meo, iu-* illorum

illorum sum. Math. 18. Confisi hac Christi voce : Paracletus ; quem mittere pater in nomine meo , ille docebit vos omnia , & suggeret omnia , quaecunque dixi vobis. Et sicut haec decisio est quasi praematura ad omnes diciones , & quasi illarum basis , ita fuit determinanda in Concilio Apostolorum : quod futurum erat veluti typus & causa exemplaris omnium aliorum Conciliorum.

C O N S E C T A R I U M II. Statutâ Ecclesiæ infallibilitate , explicandum erat objectum primarium fidei nostræ , quod non est aliud , nisi Deus ipse , unus in essentia & trinus in personis , & hoc sit in Concilio Nicæno , in cuius symbolo declaratur , quod Deus sit unus & non multiplex , ut volebant Politheistæ ; quod sit Trinus in personis & non unus , ut volebant Sabelliani ; quod sit factor visibilium & invisibilium , quod negabant Manichæi. Et quia Christus erat auctor religionis Christianæ , & in nomine Christi omnia siebant in Ecclesia , statuendum erat , an esset vere Deus , vel solum Homo divinus , ut volebat Arius : idèd divinitas Christi stabilita est his verbis : *Credo in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei , natum ex patre unigenitum : hoc est ex substantia patris , Deum ex Deo , lumen ex lumine , Deum verum ex Deo vero , natum non factum , homoousion , hoc est consubstantiale patri.*

C O N S E C T A R I U M III. Post indicatam divinæ essentiæ unitatem & Trinitatem Personarum , post stabilitam divinitatem Christi , qui est fundator Ecclesiæ , statuenda erat expressiùs divinitas Spiritus Sancti , qui est ins-

pirator ejusdem Ecclesiæ. Quod quidem factum est in Concilio Constantinopolitano primo, his verbis: *credimus in Spiritum Sanctum Dominum & vivificatorem, ex patre procedentem, cum Patre & Filio adorandum, & conglorificandum.*

C O N S E C T A R I U M IV. Post statutam divinitatem Filii & Spiritus Sancti, & explicatum mysterium Trinitatis, quod est objectum primarium nostræ fidei, explicandum erat mysterium Incarnationis, ut pote propinquius objecto primario fidei nostræ, & in quo dignitas fundatoris reipublicæ Christianæ maximè elucebat, & hoc factum est in Concilio Ephesino tertio Generali, in quo definitum fuit contra Nestorium, unicam esse in Christo personam, eamque divinam, scilicet personam Verbi, in duabus naturis, humanâ scilicet & divinâ. Statuti sunt duodecim Anathematismi Cyrilli, qui omnes edunt, ut probent Christum subsistere per suppositum divinum. Hæc definiuntur. 1°. *Emmanuel verus est Deus, & virga est Deipara.* 2°. *Verbum Dei secundum hypostasim est carni unitum.* 3°. *Unio divinitatis in Christo est secundum naturalem unionem, non secundum dignitatem aut autoritatem tantum.* 4°. *Dicta de Christo in scripturis non possunt tribui duabus personis.* 5°. *Christus est verus Deus & non tantum Deifer.* 6°. *Verbum est unus idemque Deus & homo.* 7°. *Christus non est alter a verbo.* 8°. *Homo assumptus non est tanquam alter adorandus cum Deo, sed unâ & eâdem adoratione honorandus.* 9°. *Christus non est à Spiritu Sancto tamquam à viriente à se aliena glori-*

fieatus 10°. Christus pro nobis solis, non pro se ipso sacrificium obtulit; quippe qui nullum peccatum commisit. 11°. Caro Christi est vivifica, ipsique verbo propria. 12°. Verbum secundum carnem est passum, sive ut Deus vivificavit.

C O N S E C T A R I U M V. Stabilità unicā personā in Christo, & quidem divinā, supererat exponendum, quā ratione in Christo convenienter duæ naturæ, divina scilicet & humana, an distinctæ, an confusæ, an ex duabus naturis una coalesceret, sicut ex duobus liquoribus fit tertius liquor, an salvā reali naturæ humanæ & naturæ divinæ in Christo distinctione, in una persona verbi, in Christo verè invenirentur natura divina & humana. Hoc postremum definitum est in Concilio Chalcedonensi, ubi hæc habentur: *Eos denique, qui duas ante unionem Domini naturas profitentur, unam autem post unionem faciunt, anathemati subjicit.... Fesum prædicamus Deum verum & hominem verum, eundem ex rationali anima & corpore, consubstantialem patri secundum divinitatem, consubstantialem nobis secundum humanitatem, per omnia nobis æqualem absque peccato.*

C O N S E C T A R I U M VI. Ex his duobus Conciliis nata est nova difficultas, quæ non ad rem fidei, sed ad factum pertinet, scilicet quid sentiendum de his autoribus & scriptis, quibus Nestorio favebatur. Hi auctores erant Ibas Episcopus Edessenus, Theodoreetus Episcopus Tyri, Theodorus Mopsuestenus Episcopus. Scripta vero erant Epistola Ibæ, scripta Theodoreti. Tria hæc capitula, scilicet 1°. Epistola Ibæ. 2°. Scripta Theo-

doreti. 3°. Persona Theodori , licet jam mortui , damnantur in Concilio Constantinopolitanō 2°. Generali quintō. Hæc capitula aduersus Origenem edita sunt. 1°. Animæ hominum non præexistierunt , nec in corpora suppliciis causâ dimissæ. 2°. Anima Christi prius non extitit , nec ante Incarnationem Deo Verbo unita fuit. 3°. Corpus Christi Domini prius formatum non fuit , nec postea verbum & anima adunata. 4°. Verbum omnibus cælestibus Ordinibus non est assimilatum. 5°. Homines recti , non orbiculari specie suscitabuntur. 6°. Sol luna, stellæ, & aquæ que super cælos sunt , non sunt animatae virtutes. 7°. Christus in futuro saeculo , nec pro dæmonibus , nec pro hominibus crucifigetur. 8°. Finita non est Dei potestas , nec tanta fecit , quanta comprehendere potuit. 9°. Supplicium dæmonum & impiorum hominum finem non habebit. Anathema Origeni ejusque nefariis sectatoribus.

Hæc Capitula contra Nestorium ac Eutychianos. 1°. Trium personarum una est natura , una virtus ac potestas , Trinitas consubstantialis , una deitas in tribus personis adoranda. 2°. Duæ sunt Dei verbi nativitates , una sine tempore , altera in tempore. 3°. Idem Deus verbum , qui miracula fecit , & qui passus est. Deus Verbum est , unus idemque Dominus Jesus Christus , Dei Verbum incarnatum & homofactum. 4. Unitio Dei Verbi ad carnem animalam secundum compositionem sive secundum subsistentiam facta est ; & ideo una est subsistencia composita , qui est unus de Sancta Trinitate. 5°. Non sunt in mysterio Christi duæ subsistentiae seu persona introducendæ. 6°. Gloriosa

Virgo Maria est vere Dei genitrix, ideo Christi para non nuncupanda. 7°. *Dualitas in Christo naturarum, sed unitas personæ.* Idem. 8°. 9°. *duæ adorationes, una Deo verbo, altera homini non sunt introducendæ.* Nec una adoratio deitati & humanitati confusis, sed Deo verbo debetur.

CONSECTARIUM VII. Statuto uno supposito in Christo, & admissis duabus naturis realiter distinctis, supererat difficultas non modica, scilicet utrum esset unica operatio in Christo, sicuti unum suppositum: quia *actiones sunt suppositorum*; vel utrum in Christo essent duæ operationes, duo intellectus, duæ voluntates, sicuti erant duæ naturæ, & definitum est in Concilio Constantiopolitano tertio, generali sexto contra Monothelitas, duos esse in Christo intellectus, duas voluntates, duas operationes, siue duæ erant naturæ, scilicet divina & humana. Hæc eduntur capitula 1°. Concilium Chalcedonense confirmatur & Epistola Leonis ad Flavianum, & Epistolae Cyrilli adversus Nestorium & ad Orientales Episcopos recipiuntur. Item quinque antecedentia Concilia. 3°. *Christus verus Deus, & Verus homo declaratur.* 4°. *Virgo vera Dei genitrix agnoscitur* 5°. *In Christo unica persona & duplex natura definitur.* 6°. *Demum in Christo duæ voluntates non sibi contrariae admittendæ.* Non est alia fides tradenda.

CONSECTARIUM VIII. Ubi definitum est unum esse Deum in natura, & Trium in Personis, Patre scilicet, Filio & Spiritu Sancto, & ipsum Christum esse verum Deum, & verum hominem, unam tantum

280 MORALIS CHRISTIANÆ
personam divinam habentem , duas vero na-
turas , duos intellectus , duas operationes ,
& hoc modo adorandum.

Statim nova insurrexit difficultas , utrum
ipsæ imagines saltem Christi , sicut & aliorum
Sanctorum colendæ forent , immo utrum etiam
possent imagines vel Dei , vel Angelorum
efformari . & coli. Ad hoc ergo determinan-
dum congregatur septima Synodus , secunda
Nicæna , ubi statuitur juxta sanctorum Pa-
trum Magisterium , atque Ecclesiæ Catholicæ
traditionem , figuram crucis , sanctas imagines
Christi , Virginis & Sanctorum Angelorum in
Ecclesiis , aliquaque locis proponendas , eisque
non latriam , sed honorariam adorationem
impertiendam , Traditionesque Ecclesiæ fac-
tas maximi esse habendas.

Vidimus haecenüs , quid circa Trinitatem ,
Incarnationem , imagines Christi definierint
septem Concilia Generalia in Ecclesia Græ-
câ habita : jam videamus , quid definierint
posteriora alia Concilia , quæ singula , ex-
cepto Constantinopolitanô generali octavo ,
celebrata sunt in Ecclesia Latina.

§. II.

Referuntur Concilia generalia , quæ habita sunt à
tempore Octovæ Synodi usque ad Tridentinam
Synodum inclusivè.

PROÆMIUM.

Christus venit ut Rex , ut Redemptor , ut
judex ; quatenus Rex , Rempublicam insti-

uit, Ecclesiam scilicet, cuius regimen spirituale est, & à potentia sæculari penitus independens. Quatenus redemptor, gratiâ suâ, suisque Sacramentis inductam per peccatum Adami stragem reparat. Quatenus judex, bonis æternam mercedem misericordia æternum supplicium præparat. Quotquot erga exortæ sunt hæreses contra Ecclesiæ regimen contra gratiam & Sacra menta, contra futurum tum salvandorum, tum damnandorum statum, ex omnibus examinatæ sunt ex professo in Conciliis Generalibus, habitis à Concilio Octavo Generali usque ad Concilium Tridentinum inclusivè; uti sequenti inductione patebit. Quod si ex quæstionibus in prioribus Conciliis agitatæ sint, id divinâ providentiâ factum est, ut difficultates illæ longius discussæ & frequentius examinatae, solidius resloverentur.

C O N S E C T A R I U M I. De Ecclesiastica Hierarchia. 1. post statutum in septem prioribus Conciliis Mysterium Trinitatis & Incarnationis, per posteriora Concilia statuenda erat Doctrina Ecclesiastice Hierarchiæ: quandoquidem Christus fundator est Ecclesiæ: & primò quidem stabiliendum erat, an Ecclesiastica Hierarchia spiritualis esset, an sæcularis, an ejus regimen à Christo fundatore diffueret, an à regia potestate emanaret & hoc decernitur in Concilio 4. Constantinopolitano & 8. generali, in quo Photius constitutus Patriarcha per Imperatorem sæcularem, ob id solum intrusus declaratur, & Ignatius Canonice electus, & injustè ejectus, tamen pro vero Patriarcha habetur. *Anan-*

thematiszamus Photium, inquit Synodus, propter nequissimam invasionem Ecclesiae Constantiopolitane, cum aliis malis operibus suis. Cui decisioni acquiescere noluit Photius, sed post obitum Ignatii, rursum artibus Sandabarenii & favore Basilii per pseudo-Synodum revocatur in vacuam sedem Constantinopolitanam an. 876. & inchoatum est schisma Photianum, quod Græci deinde tuiti sunt, quodque adhuc perseverat.

II. Statuto quod princeps sacerdotalis in electionibus, promotionibus, ordinationibus prælatorum Ecclesiasticorum nullam haberet auctoritatem spiritualem; sed solum inspectiōnem, quā provideretur electiones, promotiones, & ordinationes juxta Sacros Canones fieri; inquirendū supererat, quid juris haberent sacerdotes principes circa Beneficia Ecclesiastica, v. g. circa Episcopatus, Abbatias, Prioratus, Canonicatus, &c. Henricus 5. Imperator, aliquique principes sacerdtales jus conferendi Beneficia usurpabant, & dabant investituram. Contra hanc usurpationem congregatum fuit Concilium primum Lateranense, & inita est pax inter Calistum 2. & Henricum 5. & hic est tenor pacis initæ. Ego Henricus . . . Dimitto Deo & Sanctis ejus Apostolis Petro & Paulo, Sanctæ Catholice Ecclesiae omnem investituram per annulum & baculum, & concedo in omnibus Ecclesiis fieri electionem, & liberam consecrationem . . quæ ablata sunt, & quæ habeo, respondeo; quæ autem non habeo, ut reddantur, fideliter favabo. Ego Calistus.. Tibi oncedo, quæ ad Regnum tuum pertinent in presentiā inā, fieri absque Simonia, &

aliquā violētiā; ut si quae inter partes discordia
emiserit, Metropolitani & Provincialium Con-
filio vel judicio, saniori parti assensum & auxi-
lium præbens, electus autem per sceptrum à te
recipiat regalia.

III. Satuto quod penes Ecclesiam solam esset
potestas eligendi, ordinandi, consecrandi
pastores, & potestas conferendi Beneficia;
examinandum supererat, quæ electio esset
Canonica, quæ verò non: idè permittit
Deus oriri schisma in Ecclesia Latina, cujus
occasione hæc materia discutitur. Mortuo Ca-
listo II. Cardinales in duas partes scindun-
tur. Siores quidem & numero plures eli-
gunt Gregorium Sancti Angeli Cardinalem
Diaconum, dictum postea Innocentium II.
alii verò pauciores eligunt Petrum, Filium
Leonis civis Romani potentissimi, dictum
postea Anacletum 2. Ecclesia suscipit Inno-
centium, tamquam legitimum Papam, &
quidem merito, inquit Bernardus Epis. 125.
Illum recipit Ecclesia, cujus opinio clarior, &
electio sanior inventa est, nimirum eligentium
numero vincens & merito. Anacletus 2. ut
*pote filius civis Romani potentissimi, Basili-
licam Sancti Petri, & alias Romæ invadit Ec-
clesias. Innocentius II. se recepit in Gal-
liam, adjutus autoritate Ludovici 6. & Lo-
tharii Imperatoris. Mortuo Anacleto, Vic-
tor in locum Anacleti suffectus, consentie
Innocentii II. electioni & ita schisma sopitur
& Innocentius in Concilio Lateranensi 2.
verus Papa declaratur, & ea electio Cano-
nica habetur, quæ vincit aliam numero &
merito.*

IV. Statuto quod ea electio pro Canonica habenda esset, quæ à majori & seniori parte facta esset; adhuc examinandum occurrerat, num autoritatem aliquam habet, qui à pauciori numero electus fuisset, & quid opus facto, si hunc præ alio Imperatores sæculares pro vero pastore habendum esse proponerent: ideo permittit Deus novum schisma orihi in Ecclesia Latina, cujus occasione hæc materia exactius discuteretur. Itaque Adriano 4. defuncto, Congregantur Cardinales: contingit quod unus supra viginti elegerunt Rolandum, dictum postea Alexandrum III. & tres elegerunt octavianum, dictum postea Victorem 4. Galli, Hispani, Britanni Alexandrum tertium tanquam legitimum Papam habent: Fridericus Imperator vult Victorem 4. tanquam legitimum Papam habendum esse. Imperator, licet sæcularis, mandat celebrari Concilium Papiæ, & citat Alexandrum III. qui responderet se venerari Imperatorem, tamquam defensorem & advocatum, sed se nullam in eo autoritatem spiritualcm agnoscere, Conciliabulum Papiæ Congregatum declarat Victorem legitimum Papam, & Alexandrum III. excommunicat, qui se recipit in Galliam, & Turone congregat Concilium, in quo Victor Antipapa excommunicatur, moritur Victor; in ejus locum. Calistus 3. eligitur: sed ipse Paulo post cum Friderico, tanquam verum Papam Alexandrum III. agnoscit. Hic congregat Concilium Lateranense 3. in quo ad futura deinceps vitanda schismata, determinatur nullum habendum esse tanquam legitimum Papam,

DE VERO USU CONCILII. 185
qui non esset à duabus tertiis partibus Cardinalium electus.

Extincto illo schismate, celebratur Concilium Lateranense 4. pro recuperanda terra Sancta, postea Congregatur Concilium Lugdunense 1. pro dirimendis controversiis inter Innocentium 4. & Fridericum 2. Deinde Congregatur Concilium Lugdunense 2. pro statuenda unione Ecclesiæ Græcæ cum Latina. Fuit congregatum insuper Concilium Viennense pro extincione Templariorum, pro recuperanda terra Sancta, & pro exterminandis erroribus Beguardorum & Beguinarum, quæ omnia inserviunt ad firmatorem Ecclesiæ statum constituendum.

V. præscripto modo, quo eligendus esset Summus Pontifex, & statuto, quod ille, qui à minore parte esset electus, etiam si Imperatoriā potestate munitus, pro illegitimo Papa habendus esset: difficultas oriri poterat, quid faciendum esset, si duo eligerentur, & uterque haberet vel æqualia suffragia, vel æqualia rationum momenta quibus justè dubitaretur, uter esset verus Papa, idè permittente Deo, nascitur novum schisma inter Gregorium XII. & Benedictum 13. ambo de Papatu contendunt, & cum neuter pro bono pacis dignitatem Papalem abdicare vellat, Pisis congregatur Concilium, & uterque post trinam monitionem excommunicatur, & Alexander V. legitut, quo defuncto legitur Joan. 23. & fiunt tres contendentes, & oritur schisma non duorum, sed trium, qui jus ad Papatum contendunt habere. Cui malo ut remedium afferat Joannes 23. congregat Conci-

286 MORALIS CHRISTIANA;
Inim Constantiense , pollicitus se libenter
cessurum , si bonum pacis id exigeret : inter-
rim noctu ex Concilii loco egreditur , citat-
ur , & alii patiter citantur , qui cum nol-
lent obedire , deponuntur , & Martinus eli-
gitur , & ad medendum schismati Cencilium
istud definit. *Ipsa Synodus in Spiritu Sancto*
congregata , legitime generale Concilium faciens ,
Ecclesiam Catholicam militantem repræsentans ,
*potestatem à Christo immediate habet , cui qui-
libet cuiuscumque status , vel dignitatis , et si
Papalis existat , obedire teneatur in his , que
pertinent ad fidem & extirpationem dicti schis-
matis & reformationem generalem Ecclesie Dei
in capite & in membris.*

Et ut efficacius futuri schismatis tolleretur
occasio , statutum est , ut post quinquennium
celebraretur Synodus universalis prima ;
postea verò altera celebraretur post septen-
nium , & tandem quolibet decennio , genera-
le Concilium haberetur. Martinus 5. decla-
ravit Concilium proximè futurum , Papiæ ce-
lebrandum esse , sed cum ibi lues grassare-
tur , Concilium Senas translatum est , quod
cum ob instantia bella dissolutum fuisset ,
coetum illum Basileam transferendum indixit
Martinus V. qui paulò post moritur : in ejus
locum Eugenius 4. eligitur , qui Concilii
Basileensis inductionem ratam habuit. Con-
veniunt multi patres Basileam. Legati Im-
peratoris & Regum rogant Eugenium , ut
ipse cum Cardinalibus Basileam se conferat ,
aliter in eum Synodus procedet , quod qui-
dem effectum est : nam Eugenius depositus
est à Concilio , & electus Amedeus , qui
dictus

dictus est Felix V. defuncto Sigismundo Imperatore, Eugenius Concilium Basileense abrogat, & prescribit Patribus Ferrariam, ut ibi celebraretur Concilium, quo adducti sunt Patriarcha Constantinopolitanus & Episcopi Graeci & Imperator eorum. Ex eo tempore dissolvitur Concilium Basileense, & in duas Partes scinditur, altera remanet Basileæ, altera ad Eugenium Ferrariam venit, & vocatis de jure vocandis, incœpit Concilium Ferrarensis, quod deinde ob pestem Ferrarensis grassantem Florentiam translatum est, incœpitque Concilium Florentinum, in quo unio Ecclesiæ Graecæ cum Latina conclusa est; finitum omnino schisma; Felix enim V. sponte suâ dignitatem Papalem Iubens abdicavit.

VI. Statuta in Concilio Pisano, Constantiensi, & Basileensi Papæ erga Generale Concilium subjectione, durante schismate; qualis debeat esse nostra subiectio a Papam, non stante schismate, definiendum erat.

Et hoc factum est in Concilio Florentino unanimi Graecorum & Latinorum consensu, in quo sequens Canon editus est. Item definimus, inquit patres, Sanctam Apostolicam sedem & Romanum Pontificem, in universum orbem tenere primatum, & ipsum Pontificem Romanum successorem esse Beati Petri principis Apostolorum, & verum Christi vicarium, totiusque Ecclesiæ caput & omnium Christianorum Patrem ac Doctorem existere, & ipsi in Beato Petro pascendi, regendi & gubernandi universalem Ecclesiam à Domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum

etiam in gestis oecumenicorum Conciliorum, & in sacris canonibus continetur.

CONSECTARIUM II. *De credendis circa gratiam.* Primum quod circa gratiam erat statuendum est constitutio naturæ humanae in justitia Originali in Adamo omnium nostrum capite, & lapsus ejusdem naturæ humanæ ab illo statu per peccatum Adami, & reparatio peccati per Christum. Hoc explicatur in triplici Concilio Carthaginensi, in duplici Africano, in Gallicano, in Millevitano, in variis operibus August. & deinceps in Concilio Trident. Sess. de peccato originali, ubi contra Pelagium definitur, peccati Originalis communicatio, non imitatione, sed transfusione. Alterum quod statuendum erat, est necessitas gratiæ; quod utique factum est in Concilio Arausiano secundo, & in variis operibus Augustini & Prosperi, & deinceps in Tridentino Sess. de justificatione, ubi definitur contra Pelagianos & semipelagianos gratiam esse absolute necessariam ad singulos actus, eamque operari in nobis & nobiscum initium progressum & consummationem operis salutatis, specialiter vero conferre ipsam perseverantiam in bono.

Tertium quod statuendum erat, est suavitas gratiæ & unio ejusdem gratiæ cum nostra libertate, & hoc felicitè factum est in Concilio Arausiano, & Tridentino, & in pluribus Augustini operibus; ubi contra Manichæos, Calvinistas & Lutheranos definitur, gratiam non tollere libertatem: Deus enim sic velle donat hominibus, ut possibiliterem, quam possint nolle, non auferat.

Quatum quod statuendum erat, est Doctrina justificationis ab Hæreticis ultimi temporis miserandum in modum labefactata: & hoc factum est in Tridentina Synodo, in quâ singula, quæ ad justificationem pertinent, exactissimè recensentur.

C O N S E C T A R I U M III. De credendis circa Sacra menta. Doctrinam Sacramentorum tam in communi quam in particulari variè labefactatunt Hæretici. Malè baptismum ad miserunt rebaptisantes; Confirmationem, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem & Matrimonium negant Lutherani & Calvinistæ; Eucharistiam malè ad miserunt iidem Hæretici; Christum in ea solum figurativè contineri contendentes: ideo in diversis Conciliis diversa de Sacramentis tradita sunt dogmata; sed ex professo de singulis Sacramentis tradita est instructio ab Eugenio quarto ad Armenos; & quia hæc instructio non est fœtus Concilii, sed Papæ, ideo providit Deus, ut eadem doctrina de Sacramentis in Concilio Tridentino proponeretur, & multa alia adderentur, quibus clare constaret, quæ sit materia, quæ forma, quæ vis, quæ efficacia ejuscumque Sacramenti in particulari, quis minister potens conferre, quod subiectum potens recipere, quæ demum dispositiones requirantur, tum ad recipiendum, eum ad conferendum Sacra menta. Quibus singulis explicatis nihil est, quod circa eam materiam desiderari possit.

C O N S E C T A R I U M IV. De credendis circa ea, quæ spectant, vel beatitudinem salvandorum, vel æternam infelicitatem damnandorum.

Statuta Doctrina Sacramentorum , quibus ad gloriam ducimur , qualis futura esset illa beatitudo , explicandum supererat , & fuisse explicandum , quis futurus esset invariabilis tam salvandorum quam damnandorum status . Et hoc quidem factum est in pluribus Conciliis , sed præcipue in Florentino , in quo determinatum est animas non plenè sanctificatas in Purgatorio ad certum tempus detineri , planè purgatas in Paradisum in æternum evenhi . Infectas verò peccato vel originali , vel actuali mortali in infernum descendere , supponens jam definitum in Concilio Constantinopolitano i. priorum beatitudinem sicut & posteriorum infelicitatem perpetuam atque æternam fore cum dicit in Symbolo : *cujus Regni non erit finis*. Verba Florentini sunt hec , si vere , inquit pœnitentes in Dei charitate decesserint , antequam dignis pœnitentie fructibus de commissis satisfecerint & omissis , eorum animas pœnis Purgatoriis post mortem purgari , & ut à pœnis hujusmodi releventur , prodesse eis fidelium vivorum suffragia , Missarum scilicet Sacrificia , orationes , eleemosinas , & alia pietatis officia , quæ à fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesiæ instituta , illorumque animas , quæ post baptismum susceptum , nullam omnino peccati maculam incurverunt , illas etiam quæ post contractam peccati maculam , vel in suis corporibus , vel eisdem exutæ corporibus , prout superius dictum est , sunt purgatae , in cælum mox recipi , & intueri clare ipsum Deum trinum & unum sicuti est , meritorum tamen diversitate alium alio perfectius : illorum autem animas , qui in actuati

DE VERO USU CONCIL. 291
mortali peccato, vel originali solo decedunt,
mox in infernum descendere, paenit tamen dis-
paribus puniendas.

CONSECTARIUM V. Post explicata-
tam in variis Conciliis Generalibus fidem Ca-
tholicam circa Trinitatem, Incarnationem,
Ecclesiam, gratiam Christi, & Saeramenta
& futurum tum salvandorum tum damnando-
rum statum, unum adhuc necessarium vide-
batur, scilicet Concilium aliquod generale,
in quo quasi in brevi Epilogo omnia colligi-
gerentur, quæ erant in variis Conciliis dis-
persa, & istud ultimum providit Deus, dum
Concilium Tridentinum in magnum Ecclesiæ
bonum & congregari & terminari voluit, in
quo nihil omnino deest, quod vel ad fidem expli-
candam, vel ad reformatos mores, vel ad
disciplinam instituendam inservire possit, præ-
cipue si ei adjungatur Catechismus ad Paro-
chos, & uterque liber legatur consulendo-
Loca, quæ in margine adnotantur. Si enim ea
diligentia adhibeatur, tum planum fiet Con-
cilium & Catechismum Tridentinum nihil
aliud esse quam brevem Christianæ & Catho-
licæ Religionis summam, quam concisè qui-
dem, sed clare proponit, quamque in variis
tum Conciliis, tum Patribus, tum autoribus
Ecclesiasticis fusius tractatam appositis ad mar-
ginem notulis indigit.

CONSECTARIUM VI. Post traditam
in variis Conciliis generalibus irrefragabilem
credendorum divisionem, & post propositam
in Tridentino omnium praecedentium Conci-
liorum œcumenicorum summam, unum ad-
huc desiderari potuisset ad maximum fidei no-

trä incrementum, ut scilicet quodlibet fidei nostræ Mysterium ab hereticis impugnatum speciale haberet Concilium aliquod Provincia-le, in quo quasi ex professo fuisset porpugnatum. Et istud ultimum fidei nostræ fulcimentum non denegavit Deus Ecclesiæ suæ; quin imò ita abundantè providit, ut nullum sit Mysterium Catholicæ Religionis ab hereticis impeditum, quod non solum in aliquo Concilio Generali; sed etiam in pluribus Conciliis particularibus non fuerit ex professo stabilitum. Sic Mysterium Trinitatis & Incarnationis habes exactissimè explicatum in Concilio Toletano xi. Doctrinam circa Ecclesiam ejusque proprietates & dotes habes exaratam in Concilio Senonensi. Doctrinam de gratia Christi reperties in Concilio Arausiano 2. Brevem simul & distinctam de Sacramentis instructionem continet Eugenii iv decretum ad Armenos. Tandem quis sit futurus damnandorum & salvandorum status definit scriptuta dicens: *Ibunt hi in supplicium aeternum, justi autem in vitam aeternam.* Aeternam Christi & Sanctorum beatitudinem his verbis profitetur Symbolum Constantinopolitanum: *cujus regni non erit finis.* Et Tridentinum anathemate percutit illos, qui negant Sanctos aeterna felicitate in celo fruentes esse invocandos Sess. 25. de invoc. sanct. & Toletanum 4. cap. 1. sic habet: *percepturi sunt autem à Domino in die novissima, alii pro justitiae meritis vitam aeternam, alii pro peccatis supplicii aeterni sententiam.*

ARTICULUS II.

Quā methodo ad certa capita reduci possint omnes Canones fidei in Conciliis Provincialibus editi.

Nota ex dictis, quod Concilia Provincialia sunt ut plurimum, vel dispositiones ad Concilium generale, quod præcedunt, vel executiones Concilii Generalis, ad quod subsequuntur.

Nota insuper, quod omnia Concilia Generalia fidem respicientia agunt, vel de Deo, vel de Trinitate, vel de Incarnatione, vel de Ecclesia, vel de gratia, aut de Sacramentis, vel de futuro alterius vitæ statu.

P R O P O S I T I O unica. Ut fiat methodica reductio Canonum fidei, qui editi sunt in Conciliis Provincialibus, Concilia Provincialia debent distribui penes Concilia generalia, quæ vel præcedunt, vel subsequuntur, & penes dogmata fidei in Conciliis Generalibus definita.

Probatur. Concilia Provincialia sunt vulgo vel dispositiones ad Concilium Generale, quod præcedunt, vel executiones Concilii Generalis, quod subsequuntur; & proinde eorum Canones sunt pariter, aut dispositiones ad Concilium Generale, quod præcedunt, aut executiones illius Concilii Generalis, quod sequuntur: ergo Concilia Provincialia commode dividī possunt penes Concilium Generale, quod vel præcedunt, vel sequuntur, & penes dogmata in illis Conciliis

definita & penes Hæreticos ; qui in quolibet Concilio Generali damnati sunt ; quia relatum distinguitur ratione termini, ad quem ordinatur ; & quia in quolibet Generali Concilio damnatus est aliquis error capitalis, aut damnatus aliquis Hæreticus, v. g. in Nicæno damnati sunt Ariani, in Constantiopolitano. r. Macedoniani, in Ephesino Nestoriani ; in chalcedonensi Eutichiani, &c. juxta diversos illos hæreticos distingui possunt Concilia Provincialia ; adeo ut Concilia particularia fidem respicientia sic distribuantur ; *Concilia particularia contra Arianos* ; *Concilia particularia contra Nestorianos*, & sic per varias classes percurrentur omnes hæretici.

C O N S E C T A R I U M Unicum, in quo exemplum singulare proponitur, ut ex illo appareat, quo pacto ad certam classem reduci possint omnia Concilia particularia fidem respicientia, quæ aliquod Concilium Generale, vel precedunt, vel sequuntur. Sumo v. g. Nicænum. & sic procedo : inquirō, quid sit in ea Synodo determinatum de fide, & reperio quatuor ibi esse definita. 1°. Deum esse factorem *visibilium & invisibilium* contra Manichæos. 2°. Deum esse patrem, filium, & Spiritum Sanctum, seu esse in Deo tres personas realiter distinctas contra Sabellium. 3°. Jesum-Christum esse Filium Dei, natum ex patre ... Deum ex Deo, tamen ex lumine, Deum verum de Deo vero .. Patri consubstantialem contra Arianos 4°. In forma Ecclesiæ baptizatos non esse rebaptisandos, bene tamen eos, qui essent indebitè baptizati Can. 19. Hoc fact9 inquirō, quorū fuerint habita Concilia.

particularia sive ante , sive post Nicænum , contra Manichæos , quot contra Sabellianos , quot contra Arianos , quot demum contra rebaptizantes . Imò inspicio , an habita fuerint aliqua Conciliabula pro illis Hæreticis , & in prima classe constituo omnia Concilia particularia , vel Conciliabula , si quæ sint , quæ pertinent ad Manichæos . In secunda classe ea , quæ respiciunt Sabellianos . In tertia ea , quæ spectant Arianos , vel Semiarianos . In quarta demum classe ea , quæ ad rebaptizantium disputationem conducere possunt ; & sic ad certas classes reduco omnia Concilia particularia , quæ sunt , vel dispositiones ad Concilium Nicænum , vel ejus executiones in Canonibus ad fidem pertinentibus . Quod feci circa Nicænum , illud idem facio circa omnia alia Concilia Generalia , & juxta illum ordinem brevem edideram omnium Synodorum particularium collectionem , sed timui , ne nimis volumen istud excresceret ; ideo illam collectionem suppressi , sed ne omnino omissa videatur , in Synopsi Historica Conciliorum notavi identidem , quem errorem Synodus illa confoderet , & cujus Concilii Generalis esset , vel præparatio , vel executio : ut sic quilibet dispersas variis locis variis temporibus Synodos Provinciales , ad certas classes possit reducere . & ea methodo labilem memoriam juvare .

SECTIO SECUNDA.

Quā methodo ad certa capita reduci possunt omnes Canones ad mores pertinentes , sive editi sint in Conciliis Generalibus , sive in Provincialibus .

PROPOSITIO unica. Canones , qui mores respiciunt , optimā methodo reduci possunt ad præcepta decalogi per legem Evangelicam determinata.

Probatur. Canones , qui mores respiciunt , nihil aliud sunt , quām uberiores decalogi per Evangelium explicati expositiones : ergo Canones morum ad tot classes reduci possunt , quot sunt præcepta decalogi . & quia sunt decem præcepta decalogi , ad decem classes reduci possunt ; & quia officia cujuscumque conditionis , reducuntur ad præcepta decalogi , Canones pariter morum possunt reduci juxta varias cujuscumque status officia.

CONSECTARIUM uicum , in quo proponitur singulare exemplum , quo appareat , quo pacto Canones morum reduci possunt. Sumo v. g. primum decalogi præceptum , video quod juxta moralem à me traditam primo præcepto imperatur singulis hominibus fides , spes , charitas , & Religio. Inter legendum Concilia video , qui Canones inservire possunt ad explicandum exercitium fidei , spei , charitatis , & Religionis , & Canones respicientes fidem , qui non sunt citati in Morali Christiana speciali notā , designo , vel asterisco confudio , & sic quid Concilia circa fidem

exercendam dixerint, nitor addiscere. Quod dixi de primo præcepto idem de aliis præceptis dictum existimat v. g. exemplo sit famosissima hæc quæstio: *an reus contra formas iuris interrogatus, possit absque peccato jurare aequivoce.* Inter legendis Concilia reperto eam quæstionem examinatam fuisse in Concilio Troslejano an. 909. Can. 11 & reprobata esse eam sententiam, quæ permettebat reum in his circumstantijs posse jurare aequivoce. Tunc rem acu designo, & textum Concilii aliis autoritatibus à me allatis adjungo. quod de hac quæstione dixi, de aliis dictum puta.

SECTIO TERTIA.

Quā methodo ad certa capita reduci possint omnes Canones ad disciplinam pertinentes, sive editi sint in Concilij Generalibus, sive Provincialibus.

PROPOSITIO unica. **C**anones disciplinæ optimâ methodo reduci possunt ad præcepta mere Ecclesiastica & ad leges mere positivas quas Ecclesia constituit.

Probatur. **C**anones, qui disciplinam Ecclesiasticam respiciunt, sunt hi, qui determinant jus mere Ecclesiasticum; nihil aliud intelligimus: ergo optimâ methodo reduci possunt ad præcepta mere Ecclesiastica, & ad leges mere positivas, quas Ecclesia instituit.

CONSECTARIUM unicum, in quo proponitur singulare exemplum, quo appa-

teat, quo pacto Canones disciplinæ reducuntur possunt. Sumo v. g. primum Ecclesiæ præceptum, video, quid circa sanctificationem Festorum jus positivum Ecclesiasticum statuat, & Canones id respicientes speciali nota designo.

CAPUT SEXTUM.

De vero usu Conciliorum, in resolvendis casibus conscientiæ.

ARTICULUS PRIMUS.

In quo per varios Paragraphos explicatur, quæ sint necessaria ei, qui summam Conciliorum uiri voluerit, ad casus conscientiæ resolvendos.

§. I.

Qui resolvendis casibus conscientiæ incumbit, summam Conciliorum sibi primò comparet, qualis est, v. g. summa Caranzæ, Coriolani, Roveriæ, &c. Non debet insistere his quæstionibus, quibus circa Concilia occupantur critici, illæ enim quæstiones, ad resolvendos casus conscientiæ, nihil inseruiunt. Sufficit ergo, ut moralis Theologus legat simplicem textum Canonum, & eorum sensum conetur assiequi, neglectis variis dissertationibus, quæ sœpe circa diversas, & inutiles materias agitantur. Tempus enim, quod legendis longis illis disceptationibus inservioscet

DE VERO USU CONTI: 299
infructuosè teritur, legendo textui Canonum
utiliter occupatur.

S. II.

*Quæ sint scitu necessaria, ad assequendam Ca-
nonum intelligeniam.*

Nota ex dictis, quod Concilia de tribus
agebat solent. 1°. De his, quæ pertinent ad
fidem. 2°. De his, quæ pertinent ad mores.
3°. De his, quæ spectant disciplinam. 4°.
Aliquando agunt de his, quæ pertinent ad
jus civile. Jus enim civile, & Canonicum,
interdum se mutuò juvant. Canones fidei ex-
plicant, quid credendum, quid non creden-
dum. Canones morum explicant, quid agen-
dum, quid non agendum circa mores. Cano-
nes disciplinæ determinant, quale debeat
esse regimen Ecclesiasticum; quod enim in
republica civili vocatur politia, in republicâ
Christianâ vocatur disciplina Ecclesiastica Re-
gulae Canonicō-civiles sunt illæ, quas Ec-
clesia instituit, ad confirmandum jus civile.

Nota 2°. Quod, cum Canones Concilio-
rum non uno eodemque tempore scripti sunt;
Inde est, quod non in omnibus idem repe-
tiatur stylus, nec eadem loquendi formulæ,
modo ad mores unius regionis, modo ad ins-
tituta alterius nationis fit allusio, nunc oc-
currunt voces primæ, & purioris Latinitatis,
imo & aliquando Canonibus inseruntur ver-
ba infimæ, & barbaræ Latinitatis; quæ singu-
la difficultatem causant non mediocrem. Ac-
cedit ad majoris difficultatis incrementum;

quod eadem vox modo unum, modo aliud penitus diversum significat juxta varium tempus, in quo usurpatur, & juxta diversam materiem, in qua sumitur; quæ quidem singula non possunt, nisi magnam confusionem legentibus parere. Qui ergo verum, & legitimum Conciliorum sensum voluerit assequi, legat glossarium *Ducange*; ibi enim vocis cuiuscumque in Conciliis usurpatæ intelligentiam, & significationem reperies. Quot v. g. significationes admittat hæc vox, *Communio*. Hæc vox, *impositio manuum* &c. Quod si liberum illum habere nequeat, legat quæ de Conciliis scripsit pater Annatus, in suo Theologæ apparetu: ibi enim explicantur solide & nitidè, quæcumque ad intelligentiam Conciliorum conducere possunt.

ARTICULUS II.

In quo explicatur, quid sit faciendum ei, qui uti voluerit summâ Conciliorum, ad casus conscientia resolvendos.

PROPOSITIO Ia Qui summâ Conciliorum uti voluerit, ad resolvendos casus conscientiae, debet primò optimè nosse, quinam sint fidei Canones, quinam Canones motum, & quinam Canones disciplinae; & denuum quænam regulæ Canonico-civiles.

Probatur ratione. Canones fidei sunt invariabiles; quia fides, quam explicant, est invariabilis: Deus enim non potest opposita revelare, v. g. Hodie revelare, quod sit Trinus, postea vero declarare, quod non sit.

Trinus; sic enim sibi manifestè contradiceret. Canones morum sunt paritè invariabiles, quia 1^o. Præcepta decalogi, quæ explicant, variare non possunt; jubent enim quod est ab intrinseco bonum, & vetant quod est ab intrinseco malum. 2^o. præcepta Evangelica, quæ exponunt, sunt paritè invariabilia; quia legi Evangelicæ non debet alia lex divina succedere, ut docet passim Scriptura, & Paulus ex professo ad Galatas. c. 1. Ubi hæc dicit: *Sed licet nos, aut Angelus de Cœlo Evangelisetur vobis, præter quod Evangelisavimus vobis, anathema sit.* Canones disciplinæ variabiles sunt; sicut enim politia sacerularis varia est, juxta diversas, tum loci, tum temporis, tum personarum differentias, ita & politia, seu disciplina Ecclesiastica. Regulæ Canonico-civiles non plus habent firmitatis, quam leges civiles, cum eo sine constituantur, ut jus civile in suo robore permaneat. Ergo qui Conciliis uti voluerit, ad resolvendos casus conscientiae, isthæc omnia debet distinguere, ne confundat regulas variabiles cum invariabilibus.

Consectaria hujus Doctrinæ.

C O N S E C T A R I U M I. Qui prædictos Canones non distinxerit, omnia in moralibus confundet, ut hæc brevi inductione patet. Hæreticus est doctor, qui cum pertinaciâ asserit usuram non esse peccatum: minimè hæreticus est mercator, qui amore pecuniae usuras accumulat. Unde hoc? Quia doctor peccat contra Canonem fidei, quo

determinatur usuram esse peccatum : & mercator peccat contra Canonem morum , quo inhibetur usuram exercere. Rursus nec contra fidem , nec contra mores , sed contra disciplinam peccat ignarus Parochus , qui publicum usurarium sepulturā Ecclesiasticā non privat , modo illud non fiat malitiosè. Unde hoc? Quia Parochus nec Canonem fidei , nec Canonem morum , sed Canonem disciplinæ violat ; unde ut hæc regula ad proximū reducatur , doctor non potest absolvī , nisi hæresim retractarit , mercator , nisi damnum temporale repararit , Parochus , nisi consulto prius Episcopo probè noverit , quid hoc in casu sibi faciendum sit. Sic docet quis aquam veram , & naturalem non esse materiam baptismi. Alius fidem habens Ecclesiæ , circa materiam baptismi , licet minister ad hoc consecratus , baptisat in affectu peccati existens. Tertius demum , ex timore mundano contra vetitum Ecclesiæ , baptisat extra casum mortis , non in Baptisterio Ecclesiæ , sed in domo aliquā privatā. Primus peccat contra fidem , qua jubemur credere aquam veram , & naturalem esse materiam Baptismi. Secundus peccat contra mores , quibus tenemur Sancte Sancta tractare. Tertius peccat contra disciplinam , quæ Verat Baptismum extra Baptisterium conferri , nisi erga principes vel erga privatos , cum adeat periculum mortis.

C O N S E C T A R I U M . I I . Qui prædictos Canones distinguere voluerit , magna utatur meditatione , necessarium est ; quia nihil est difficilius , quam exactè distinguere , quinam sint Canones fidei , quinam Canones

morum, quinam Canones disciplinæ; tum quia hæc tria sæpe in uno & eodem objecto connexa, & quasi indistincta reperiuntur, v. g. in baptismo ad fidem pertinet, quod scias baptismum constare rebus, & verbis; conferri in aquâ verâ & naturali, sub hac formâ,
Ego te Baptizo, In nomine Patris & Filii & Spiritus-Sancti. Ad mores spectat, quod adulterus non recipiat baptismum, nisi cum Sanctis dispositionibus, & quod minister consecratus, non conferat, nisi sit extra affectum peccati. Ad disciplinam vero spectat, quod Baptismus talibus vel talibus titibus accidentibus conseratur; qui ritus non fuerunt semper iidem.

Difficultatem distinguendi inter Canones fidei, & morum, & disciplinæ, auget mutua eorum Canonum ab invicem dependencia: nam regulæ disciplinæ moralia præcepta determinant, & moralia præcepta fidem vivam efficiunt, v. g. Quam sterilis est hæc fides? Credo Deum esse adorandum; nisi fides illa exerceatur per illud præceptum, *memento ut diem Sabbati Sanctifices;* & istud præceptum, *Sabbatum Sanctifices,* quam vagum est, nisi per præceptum Ecclesiasticum determinetur, quod eo die audienda sit Missa, & divinis Officiis assistendum.

Propositio 2a. Qui Canones fidei, morum & disciplinæ distinguere voluerit, hæc tria attendat necessarium est. 1º. Symbolum Apostolorum ut cognoscat Canones fidei. 2º. Decalogum explicatum per Evangelium, ut cognoscat Canones morum. 3º. Præcepta mere Ecclesiastica, ut cognoscat Canones disciplinæ.

Probatur ratione. Canones fidei nihil aliud sunt , quam ubiores Symboli Apostolorum explicationes , Canones morum nihil aliud sunt , quam fusiores Decalogi expositiones ; Canones disciplinæ nihil aliud sunt , quam certæ juris Ecclesiastici applicationes . Ergo qui prædictos Canones distinguere voluerit , tria hæc attendat necessarium est quia Canones fidei cognoscet , si eos ad Symbolum comparaverit ; Canones morum percipiet , si eos cum decalogo componat , demum Canones disciplinæ perspectos habebit , si eos cum præceptis mere Ecclesiasticis comparaverit.

Dixi cum præceptis mere Ecclesiasticis ; quia cum præcepta Ecclesiastica fidem præcipiunt , vel mores injungunt , tum vel ad fidem vel ad mores pertinent , & sunt invariabilia , sicut præcepta fidei & morum.

Consecaria hujus Doctrinæ.

C O N S E C T A R I U M I. Omnes illi Canones , quibus determinatur Deum esse unum in essentia & trinum in personis , & cætera , quæ in ymbolo continentur , sunt Canones fidei . Omnes illi Canones , quibus explicantur præcepta affirmativa , & negativa , quibus jubentur actus interiores & exteriores fidei , spei , charitatis & religionis , circa hæc mysteria exercendi , aut quibus vetantur actus hujusmodi mysteriis repugnantes , sunt Canones morum : quia sunt ubiores explicationes hujus præcepti decalogi : *Dominum Deum tuum adorabis.* Item omnes illi Canones , quibus determinantur Festa , & sole-

DE VERO USU CONCERTE 305
vitates , circa Trinitatem , Incarnationem
&c Sunt Canones disciplinæ ; quia nihil aliud
sunt , quam præcepti Ecclesiastici applicatio-
nes.

CONSETARIUM II. Omnes illi Ca-
nones sunt de fide , quibus determinatur Ec-
clesiam rempublicam esse , non politicam ,
sed sacram . non ab hominibus fundatam , sed
à Deo institutam , constantem . non puris
hominibus , sed civibus Sacro baptismate ini-
tiatis & prælatis , v. g. Episcopis . Sacerdo-
tibus , Diaconis per Sanctam ordinationem
consecratis : quia hæc omnia pertinent ad istum
articulum : *Credo unam Sanctam Ecclesiam*. Sic Canones illi , quibus determinatur ,
quales debeant esse dispositiones Sanctæ eo-
rum , qui vel præsunt , vel subsunt in Eccle-
siā , sunt Canones morum ; quia sunt fusio-
res explicationes hujus præcepti Decalogi :
honora patrem tuum & matrem tuam. Sic illæ
omnes regulæ , quibus determinatur tempus ,
& locus , quibus possunt recipi ordines sacri ,
aut præscribuntur vestes , quibus distingui-
oporteat Clericos , à non Clericis , sunt Ca-
nones disciplinæ :

Sic omnes illi Canones , qui pertinent ad
substantiam Sacramentorum , sunt Canones
fidei , v. g. ad fidem pertinet , quod homi-
nes non recipiantur in Ecclesiā , nisi per bap-
tismum , non roborentur . nisi per confirmatio-
nem , non nutriantur . nisi per Eucharistiam : quia
sunt ubetiores explicationes hujus articuli ;
Credo in remissionem peccatorum , quo articulo
indicatur , nos justificari per Sacra menta , aut
per eorum votum . Ad Canones morum per-

tinet, quod non nisi cum Sanctis dispositiōnibus recipiantur ab adultis, & cum sanctiātate conferantur à Ministro consecrato; sed ad meram disciplinam pertinet, quod baptiſmus nouo conferatur solemniter, nisi in Festo Paſchatis, vel Pentecostes, quod confirmatio detur immediate post baptismum, ut fiebat olim, vel in adultā aetate, ut fit modo. Ad fidem pertinet, debere esse, non unum sed plures Episcopos, Apostolorum successores: ad mores vero, quod sint vocati à Deo, & non intrusi, sancti, & non vicioſi, Docti, & non ignari. Sed ad disciplinam spectat, quod talis sit extensio illius Episcopatus, talis vero alterius; quod enim limites illius Episcopatus sint majores, istius minores, res est disciplinæ. Limites enim Episcopatum crescunt, vel decrecent, juxta arbitratiam Ecclesiæ determinationem.

Quod Sacri Ecclesiæ praesules sanctâ ordinatione consecrentur, res est fidei; quia explicat istum articulum: *Credo Ecclesiam Sanctam*. Quod sarà ordinatione consecrati, debeant Laicis eminere sanctitate, res est ad mores pertinens; quia explicat hunc locum: *Sancti esse, quia ego Sanctus sum*. Sed quod prælati instituti sunt, modo sorte, ut Mathias; modo ad preces populi, ut septem Diaconi; modo electione ut fit adhuc in locis quibusdam, modo per præsentationem à Rege factam summō Pontifici, ut fit in Gallia, res est solius disciplinæ. Ad fidem pertinet, quod Matrimonium sit Sacramentum; ad mores, quod habeat ea om-

nia, quæ ad essentiam contractus pertinent. Ad disciplinam verò, quod talia, vel talia impedimenta habeat, jure positivo vel civili inducta.

P R O P O S I T I O III. Canones fidei & morum sunt omnino invariabiles quoad circumstantias temporis, loci & personarum.

Probatur ratione. Quod pertinet ad jus naturale, est omnino invariabile quoad circumstantias temporis, loci, & personarum; quia lex naturalis habet pro objecto, non id quod est indifferens, sed id quod est necessarium: atqui Canones fidei & morum pertinent ad jus naturale; cum pertineant ad decalogum: ergo sunt invariabiles quoad circumstantias temporis, loci, & personarum: & ita Canones fidei & morum ubique locorum, ubique gentium, & generatim ab omnibus sunt admittendi.

Consecaria hujus Doctrinae.

C O N S E C T A R I U M I. Canones fidei & morum ita sunt omnino invariabiles quoad substantiam, ut nulla unquam in illis contigerit variatio, nisi quoad expressionem, quia Doctrina fidei & morum venit ad nos non humano documento, sicuti scientiæ humanæ v. g. Phisica, quæ mutatur juxta varia, quæ nobis offeruntur, incognitorum Phenomenon experimenta, sed Doctrina fidei & morum venit à revelatione Dei, qui ut pote infinitè sciens, non potest nova cognoscere, & ut pote invariabilis, non potest rebus.

jam revelatis contradicere , & ita posteriores Canones morum & fidei non possunt prioribus derogare , sed possunt solum eos explicare . Sic v. g. unitas personarum in divinis ante Nicænum exprimebatur , quod personæ essent quid unum ; post Nicænum vero , quod essent consubstantiales , &c.

C O N S E C T A R I U M II. Canones disciplinæ , quatenus exprimunt fidem vel mores , sunt omnino invariabiles ; quia cā parte pertinent ad jus naturæ , & variabiles solum quoad modum , quo vel fidei exercitium determinant , vel præcepta decalogi ad usum applicant ; quia cā parte pertinent ad legem positivam .

Sic v. g. Canones , quibus Ecclesia determinavit solemnitatem Festorum , austerioritatem jejuniorum , &c. sunt invariabiles cā parte , quā pietatem erga Deum , vel sobrietatem erga nos ipsos præcipiunt ; quia secundum illud munus pertinent ad jus naturale ; sed sunt variabiles quoad modum , vel celebrandi festa , vel exercendi jejunia ; quia secundum illud munus pertinent ad jus positivum .

P R O P O S I T I O IV. Canones disciplinæ cā etiam parte , quā sunt variabiles , mutari non debent privata autoritate . sed solum autoritate Ecclesiæ , vel decernentis eam mutationem , vel eam justis de causis permittentis .

P R O B A T U R R A T I O N E. Ex dictis , ubi de lege , nulla lex privatâ autoritate mutari potest ; quia decet privatum subesse legi , minimè verè ei dominari : atqui Canones dif-

DE VERO USU CONCIL. 309
ciplinæ sunt lex inducta autoritate Ecclesiæ:
ergo privata autoritate mutari non possunt.

Consecaria hujus Doctrinae.

CONSECTARIUM I. Canones disciplinæ tandiu censentur vigere , quandiu Ecclesia statuit , vel pœnas novas contra infractores , vel jam statutas renovat , aut demum aliquid molitur , quo vigorem eorum Canonum tueatur ; quia tunc nec mutationem decernit , nec permittit , sed eidem mutationi totis viribus obſistit . Sic Canones antiqui , quibus Monastica disciplina instituitur , & Cleri reformatio decernitur , suum etiam nunc vigorem habent , quantum ad ea , que pertinent ad substantiam votorum & essentiam Clericatus ; Tridentinum enim antiquos Canones renovat.

CONSECTARIUM II. Canones disciplinæ tunc vigere definiunt , cum Ecclesia contrariam legem statuit , aut usum contrarium non reclamando permittit ; quia tunc aut mutationem decernit , aut saltem tolerat . Sic præceptum recipiendi quater in anno Eucharistiam , mutatum est in præceptum recipiendi semel in anno , ut habetur Canone : *omnis utriusque sexus*. Primum ergo præceptum per aliud præceptum mutatum est . Sic Concilium Ravennatense anno 1317. Canone 12. vetans celebrare missas privatas , dum solemnis dicitur , cessavit contrario usu ab Ecclesiâ permisso . Sic jejunium non tam rigide urget , quam urgebat tempore Divi Thomæ , quo comestio fiebat tertiam horam

310 MORALIS CHRISTIANA.
post meridiem , jam vero fit circa meridiem .
Tunc non siebat coenula , seu collatio , ut
dicunt , jam vero permittitur in religionibus
etiam strictioribus . Sic pœnitentia peccato-
ribus imponendæ taxatæ olim erat per Ca-
nones ; jam vero permittente Ecclesiâ ad
prudentiam Sacerdotum relinquuntur . Sic
ex concessione Pontificum plures ordines Re-
ligiosi (modo obseruent quod est de sub-
stantiâ votorum) in aliquo temperant severi-
tatem antiquæ regulæ ; quia satius est eos
ordinis sic subsistere , quam omnino ex-
tingui .



TRACTATUS ULTIMUS.

*De usu juris Canonici , & Civilis , &
de vero usu Casuistarum .*

P Araveram sinopsim juris Canonici , &
Civilis , juxta praxim Gallicanæ juris-
prudentiaæ ; sed quia tomus iste in immen-
sum cresceret , ideo tantum quædam , de his
quæ dicturus eram , indicabo .

CAPUT

CAPUT PRIMUM.

De jure Canonico, in quo per varios Paragragbos explicantur ea, quæ sunt necessaria ei, qui corpore juris Canonici uli voluerit, ad resolvendos casus conscientie.

§. I.

Quid sit corpus juris canonici.

Corpus juris Canonici est collectio eorum Canonum, id est, regularum, quibus Christiani diriguntur.

Corpus juris Canonici aliud est antiquum, aliud novum, aliud novissimum; & istud dividitur in commune omnibus Christianis, & alicui nationi particulari.

Corpus juris Canonici antiquum est illud, in quo per varios autores collecti sunt Canones, quibus Ecclesia, prioribus saeculis, per octingentos annos usus est. Si eam collectionem legere volueris, eam habes in Bibliotheca Justelli duobus tomis comprehensa, impressa Parisiis apud Billaine anno 1561. co opere nihil utilius ei, qui jus Ecclesiasticum antiquum addiscere voluerit.

Corpus juris Canonici novum est illud, quo hodie in scholis, & in foro utimur. Eam habes collectionem in volumine, quod vulgo corpus Canonicum nuncupatur.

Corpus autem illud Canonicum constat decreto Gratiani, 5. libris decretalium Greg.

Tom. VIII.

D d

IX. Sexto decretalium Bonifacii VIII. Clementinis, extravagantibus Joannis XXII. & extravagantibus communibus.

Corpus juris Canonici novissimum est illud, quod coalefecit ex decretis Conciliorum recentiorum, v. g. Constantiensis, Basileensis, Florentini, Tridentini, ex constitutionibus post extravagantem communes editis, & in Bullario contentis, & ex regulis Cancelleriae Romanæ.

Corpus juris Canonici novissimum, aliud est commune singulis Christianis, aliud est aliquibus nationibus peculiare.

Corpus juris Canonici novissimum commune singulis Christianis est illud, quod coalescit ex predictis constitutionibus, & regulis apud omnes Christianos receptis.

Corpus Canonicum novissimum peculiare est illud, quod constat ex Pragmaticis Sanctionibus, & Concordatis regalibus: tale est jus Canonicum Gallorum, Germanorum, Hispanorum, &c.

Sic jus Canonicum novissimum Gallorum constat Pragmaticâ Sanctione per Carolum septimum in Bituricensi Conventu de rebus Ecclesiasticis promulgata, an. 1438. ex Concordato inter Leonem X. & Franciscum primum inito, an. 1516. & ex libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ.

S. II.

Quot sunt partes juris canonici veteris, & quomodo citari soleat.

Jus Canonicum antiquum potest considerari secundum triplicem collectionem, primam, secundam, & tertiam. Prima dici potest Stephani Ephesini Episcopi. Secunda dici potest Dionysii exigui. Tertia Orientalium.

Collectio prima, quam dicimus Stephani, continet solum Canones septem Conciliorum, duorum universalium scilicet Nicæni & Constantinopolitani, & quinque Provincia- lium; scilicet Ancyrani, Neocæsariensis, Gangrensis, Antiocheni & Laodicensi. Prima hæc collectio fuit approbata à Concilio Chalcedonensi, & fuit in Latinum translata ab auctore nobis incognito.

Collectio secunda ea est, quam dicimus Dionysii Exigui Abbatis; hæc Collectio est paulo amplior aliâ; ultra enim prædictos Canones continet adhuc Canones Conciliorum Chalcedonensis, Ephesini & Sardicensis, & quinquaginta Canones Apostolorum, & aliquot Canones Africanos; imò continet Decretales summorum Pontificum à Syricio usque ad Anastasium, tres insuper Epistolas Canonicas Basillii ad Amphiloquium completitur. Abbas Dionysius Græcos Canones, & Græcas Epistolas Basillii in Latinum transstulit, ejusque translatio Latina est longè accuratior eâ, quam ediderat auctor, qui priorem collectionem Latinam fecerat. Collectionem

D d ij

Dionysii in Galliam detulit Carolus Magnus
an. 787. eamque Galli cæteris collectionibus
præferunt.

Collectio tertia, quam dicimus Orientaliū, est primā & secundā collectione Pauli lationis; ultra enim utriusque binæ collectionis decreta, addit triginta quinque Canones quinquaginta prioribus Apostolorum, & ita adnumerat octuoginta quinque Cauones Apostolicos. Complectitur insuper Canones Trullanos, & Canones in Concilio Nicæno secundo habitos.

Jus Canonicum antiquum non aliter citari solet, quam citantur Concilia, aut patres, è quibus extractum est. Sic v. g. Si velim ostendere ex jure antiquo Diaconos non ordinari Sacerdotes, nisi trigesimum annum attigissent, ut docet Concilium Neocesariense, & Syricius Papa, sic loca illa cito. Conc. Neocæs. can. 2. Syric. Epis. 1. Id est ea disciplina exprimitur in Concilio Neocesariensi Canone secundo, & in Decretali Syricii Epistola primā. Quæ duo reperties in collectione Dionysii Exigui.

§. III.

*Quot sunt partes juris Canonici novi, &
quomodo citari soleat.*

Jus Canonicum novum, quale explicatur in Scholis, quinque libris continetur, qui vulgo dicuntur. *Decretum. Decretales. Sextus. Clementina. Extravagantes.*

Decretum Gratiani in tres partes dividitur.

Prima pars continet distinctiones numero centum & unam, & quælibet distinctio suos habet Canones. Secunda pars continet triginta sex causas, & causa quælibet suas habet quæstiones, & quælibet quæstio suos habet Canones; & causa trigesima tertia de pœnitentia, ut pote diffusior, continet septem distinctiones.

Tertia pars continet quinque distinctiones de Consecratione, quæ omnia his carminibus exprimunt juris Canonici Doctores.

Decretum centum distinctiones dat, & unam Triginta causas, & sex addit tibi mixtas Distinguit septem pœnitentia. Consecra quinque.

Decretales Continent quinque libros, quilibet liber continet certos titulos, & quilibet titulus certa quædam capitula.

Sextus liber additus quinque libris decretalium continet etiam quinque libros, quilibet liber continet certos titulos, & quilibet titulus certa capita.

Clementinæ continent paritè quinque libros, & quilibet liber certos titulos, & quilibet titulus certa capitula.

Extravagantes continent paritè quinque libros, liber quilibet certos titulos, & quilibet titulus certa capita.

Extravagantes autem sunt duplicitis generis, aliæ sunt Joannis XXII. Quia ab illo fuerunt vel editæ, vel collectæ. Aliæ sunt communes, quia fuerunt ex aliorum Pontificum Decretalibus collectæ.

Ut autem scias, quomodo citationes juris Canonici cognoscere valeas, debes isthac ad-

vertere. Quoties in libro, quem legis, reperis hæc signa. *Can.* vel *cap.* *dist.* tali, v. g. §. Primam partem Gratiani debes adire, quæ distinctiones centum & unam complectitur. Quoties reperis *Can.* vel *cap.* 12. *caus.* q. 3. Secundam partem Gratiani debes adire, quæ causas triginta sex complectitur, & si reperias *dist.* de *pænitentia* trigesimam causam debes adire, ubi sunt distinctiones septem de *pænitentia*. Quoties reperis hæc signa. *can.* ou *cap.* *distinc.* de *consecrat.* Tertiam partem Gratiani debes consulere, in qua sunt quinque distinctiones de *consecratione*.

Si vero reperias hæc signa *Can.* vel *cap.* de tali materia, v. g. *de feriis*, *de simonia*, tum decretales debes adire, quæ continent quinque libros, & liber quilibet certos titulos, & titulus quilibet certa capita.

Si vero reperias eadem signa, scilicet *Cap.* vel *can.* de tali materia, v. g. *de feriis*, & insuper hanc notam *in 6^o* vel *in vi*. Tunc sextum debes consulere; quia liber ille vocatur *sextus*, eo quod additus sit quinque libris *Decretalium*.

Si verò reperias eadem signa scilicet *Cap.* vel *can.* cum isto addito *Clement*, tunc *Clementinas* debes adire.

Si verò eadem signa reperias, v. g. *Cap.* vel *can.* de tali materia, v. g. *de feriis*, cum isto addito *Extravag.* 22. tum *Extravagantes* *Joannis* 22. debes adire: si verò reperias *Extravag.* *comm.* tum *extravagantes* *communes* debes consulere. Scias adhuc quod ne nimio labore fatigeris in querendis citationibus in iure *Canonico contentis*, initio vel fine Gra-

tiani appositus est index Alphabeticus primæ vocis Canonum , qui in Gratiano continen-
tur & cum additione , vel distinctionis , vel
causæ , vel distinctionis de consecratione , inā
notatur pagina , in qua prædictus canon re-
periatur , ut sic facili negotio canonem , quem
quæris , possis invenire. Idem habes initio
decretalium , initio libri sexti , initio Cle-
mentinatum , & extravagantium , v. g. ut
Canonistæ probent Clericum , vel Beneficia-
tum , vel in sacris teneri ad recitandum ho-
ras Canonicas , sic procedunt : hoc habetur
inquit Can. *Presbyter.* 2. dist. 91. & extra
cap. *dolentes.* 9. de celebr. Missæ. Quære er-
go in illo indice alphabetico vocem *Presby-
ter* , & reperies paginam , in qua Canon ille
reperiatur : & si error intervenisset in desig-
nanda pagina incuriā Typographorum , quæ-
re in prima parte Gratiani distinctionem se-
cundam & Canonem nonagesimum primum.
Item quære in indice alphabetico decretalium
vocem illam *dolentes* , & reperies in qua pa-
gina sit illud caput. Quod si forte error
contigisset in designandâ paginâ , quære titu-
lum de celebratione missæ , & caput nonum ,
& tunc caput *dolentes* reperies. Cæterum istud
magis exercitio quam studio addiscitur. Sed
ne deterreatis variis abbreviationibus , qui-
bus utuntur auctores in citando jure Cano-
nico , hæc addidisse non erit forte inutile
his , qui sunt minus exercitati in legendo jure
Canonico.

§. III.

In quo explicantur breviatæ juris Canonici citationes.

Can. 1. Distinc. 31. id est. Canone primo distinctione trigesimā prima primæ partis.

Can. Sciendum. dist. 31. Id est Canone, qui sic incipit *sciendum*, qui reperitur distinctione trigesimā primā primæ partis.

Can. Clericum 74. XI. q. 1. Id est Canone qui sic incipit *Clericum*, qui *Canon* est septuagesimus quartus & qui reperitur causā undicimā quæstione prima secundæ partis.

Can. Reperiuntur. 2. distinc. de pœnit. Id est Canone, qui sic incipit *Reperiuntur*, qui reperitur in secundā distinctione de pœnitentia, quæ distinctio reperitur in causā trigesimā tertia secundæ partis.

Can. 82. dist. 2. de consecrat. Id est Canone octuagesimo secundo, qui reperitur in secundā distinctione tertiaræ partis.

Cap. Novit. Extra de *judiciis*, id est capite, cuius initium est vox ista, *novit*, quod reperitur extra Gratianum, scilicet in Decretalibus libro secundo, in quo est titulus de *judiciis* & in quo titulo de *judiciis* est caput, cuius initium est vox ista *novit*. Si forte citatio fiat hoc modo cap. *Fin de judiciis*, tunc signum est caput, de quo est quæstio, esse ultimum. Si forte ponatur apud Greg. signum est id reperitum in Decretalibus, quarum autor censetur *Gregorius nonus*.

Cap. Causa singula. De præben. & dignit.

D E J U R I S U s u C A N O N I C I . 319
in VI. vel in 6°. Id est capite , cuius initium
est hæc gemina vox , cum singula , quod caput
reperitur in titulo de Præbendis & dignitatibus , qui titulus reperitur in libro tertio sex-
ti , qui additus fuit quinque libris Decreta-
lium

Cap. i. De jure Patron. Clem. Id est. Ca-
pite primo tituli decimi secundi , qui est de
jure Patronatus , qui titulus reperitur in libro
tertio Clementinarum.

Clemen. *Si furiosus.* De homie. volun. &
cas. Id est , Clementinâ , cuius initium est
gemina ista vox , *si furiosus* , in titulo de ho-
micio voluntario vel casuali , qui titulus
reperitur in libro quinto Clementinarum.

Cap. Execrabilis de præbend & dignit.
extrav. 22. Id est capite , cuius initium est
ista vox , execrabilis , quod caput reperitur in
titulo de Præbendis & dignitatibus in libro
extravagantrium Joannis XXII.

Cap. *Sancta Romana.* De elect. extrav.
comm. Id est capite , cuius initium est du-
plex ista vox , Sancta Romana , in titulo *de*
Electione , qui titulus reperitur in extravagantibus communibus. Illæ autem Decretales
vocantur extravagantes , eo quod vagentur
extra collectionem *Decretalium* , *sexii* , & *Cle-
mentinarum*.

S. IV.

**De jure canonico novissimo , & quomodo-
citatari soleat.**

Jus Canonicum novissimum est illud, quod
coalescit ex variis legibus Ecclesiasticis , quæ

institutæ sunt à tempore Joannis XXII. qui extravagantes collegit. Hæ autem leges continentur , vel in Conciliis , in quibus statutæ sunt , vel in Bullario continente omnes constitutiones summorum Pontificum. Jus autem novissimum non aliter citari solet , quam citentur Concilia , vel Bullæ Pontificum. Sic v. g. cum citatur Concilium Basileense, Constantiense , Florentinum , Tridentinum. Ea Concilia quærenda sunt in summa Conciliorum , & cum citatur aliqua constitutio summi Pontificis , ea constitutio quærenda est in Bullario.

§. V.

*Quomodo utendum sit jure Canonico in resolven-
dis casibus conscientiæ.*

¶ Jus Canonicum coalescit ex variis Scripturæ textibus , ex variis Sanctorum Patrum autoritatibus , & ex variis Conciliorum Canonibus , & summorum Pontificum Decretis, totumque suum robur mutuatur ex locis , quibus componitur. Qui ergo jure Canonico utitur ad decisionem casuum , videat , quid ex jure Canonico extrahat , an textum Scripturæ , an autoritatem Patrum , an Canones Conciliorum , an Pontificum Decreta. Si Scripturam ex jure Canonico mutuetur , eas servet regulas , quas circa Scripturam adhibendas statuimus. Si vero Canones extrahat , eas observet leges , quas circa Concilia observandas esse censuimus. Si vero vel autoritatem alicujus Patris , vel decretum alicujus

De usu JURIS CIVILIS. 322
Papæ ex jure Canonico educat, eas fibi præscribat regulas, quas statuimus in primo tomo circa verum usum Patrum, & Decretorum Pontificum.

CAPUT SECUNDUM.

De Jure civili.

§. I.

Quid sit Jus civile.

Jus Civile est collectio earum legum, quibus homines diriguntur in bonum Republicæ. Totuplex potest esse Jus Civile, quotuplex est Respublica; sed Jus Romanum ceteris longè præfertur: Ideò de eo solo agimus.

Jus Civile Romanum est duplex, antiquum & novum.

Jus Civile Romanum antiquum est illud, quod constat ex codice Hermogeniano, Gregoriano, & Theodosiano.

Jus Civile novum est illud, quod constat ex his libris, qui in scholis explicari solent, & integrum Corpus Juris Civilis constituunt.

Corpus autem Civile sic ordinatur. 1º. Decurrunt quatuor libri Institutionum; & quilibet liber suos habet titulos, & titulus quilibet suos Paragraphos.

II. Occurrunt Pandectæ, seu libri quinquaginta Digestorum; quilibet liber suos habet titulos, & quilibet titulus suas leges;

III. Occurrunt duodecim libri Codicis; quilibet liber suos habet titulos. & quilibet titulus suas leges.

IV. Decurrent Novellæ diversorum Imperatorum.

V. Feudorum Constitutiones.

VI. Extravagantes.

Quæ singula, vix explicari possunt, nisi oculis intuentium, libros evolvendo, ostendantur.

§. II.

Quomodo citari soleat Jus Civile.

Ut scias, quomodo citari soleat Jus Civile, oportet, ut probè notis notas librorum, quæ sunt hujusmodi.

J. Id est, Institutiones.

D. Vel ff Id est, Digesta, seu Pandectæ.

C. Id est, Codex.

N. Id est, Novellæ.

E. Id est, Edicta Justiniani Imperatoris.

N. f. Id est, Novellæ Justini.

C. T. Id est, Constitutiones Tiberii.

C. JJ. Id est, Constitutiones Justiniani Justini.

L. Id est, Leonis Novellæ.

C. J. Id est, Constitutiones Imperiales.

F. Id est, Feudorum consuetudines.

Ex. Id est, Extravagantes.

Sic ergo citantur variis libris Juris Civilis.

Inst. lib. 3. T. 16. §. 2. De verb. oblig.

Id est, Institutionum libro tertio, titulo decimo sexto, paragrapto secundo de verborum obligationibus.

L. 42. ff.

L. 42. ff. de verb. obl. Id est, lege quadragesimâ secundâ, ff. id est, digestorum, seu Pandectarum, titulo de verborum obligationibus; ideoque quærendum, in quo libro sit ille titulus.

L. 4. c. de obl. & act. id est, lege quartâ, C. id est, Codicis, de obligationibus & actionibus, & quærendum est, in quo libro sit ille titulus.

Nov. 7. c. 3. §. 2. Id est, Novellâ, septimâ Capite tertio, paragrapho secundo.

§. Fi. Et in tit. in quib. mod. seu. amitt. Id est, paragrapho finali, & in titulo, in quibus modis feudum amittatur.

Sicuti diximus, quod in Jure Canonico ponitur index Alphabeticus primæ vocis Canonum, qui apud Gratianum reperiuntur, vel Capitulorum, quæ reperiuntur extra Gratianum; ita in Jure Civili ponitur index Alphabeticus primæ vocis cujuscumque legis, quæ vel in Digestis, vel in Codice, vel in aliis libris reperitur: & sicut diximus, quod in illo indice Juris Canonici designetur pagina, in qua reperitur vel Canon, vel Capitulum; ita in Jure Civili designatur liber, & titulus, in quo reperitur lex. cuius citatur initium. Qui ergo voluerit sibi compare præmptam facilitatem quascumque inventandi Juris Civilis citationes, legat illum indicem, & in quærendis illis legibus seipsum exerceat.

CAPUT TERTIUM.

De Vero usu Casuistarum.

CIRCA usum casuistarum duæ sunt Sententiae omnino oppositæ ; alii nullos Casuistas legendos putant ; alii verò omnes indiscriminatim & legendos & suscipiendos arbitrantur. Utrumque extrellum vituperandum videtur ; periculosem enim est nullis credere Casuistis , sed singulis credere periculosius. Quæ ergo cautio, inquies, adhibenda est in re tam lubrica , quid circa hoc sentiam , pancies accipe.

Primò Divum Thomam , Divum Bonaventuram , Divum Raymundum , & Divum Antoninum potes legere intrepidè & inoffensopede ut utar verbis D. Hieronimi loquentis de S. Hylario Sancti illi doctores nimis sunt toto orbe Christiano celebres , quām ut nostra commendatione egeant. Secundò altos inferioris notæ Casuistas non leges , nisi priùs attentè pervolveris. & diù meditatus fueris *censurans* à Clero Gallico editam anno 1790. ut hāc saluberrimā antidoto & laxiores & rigidiores Casuistas emedes. & quid in utrisque fugiendum sit, repetitā ejusdem *censuræ* lectione prænoveris... Ea enim *censura* maximam apud omnes Christianos , præcipue apud nos Gallos , debet habere autoritatem , tum propter dignitatem & eruditionem eorum qui huic operi concinnando incubuerunt , tum maximè quia nihil aliud præstitisse videntur.

Gallicani præsules, quam solemniter intima-re eas, quas summi Pontifices censuras edi-derant contra vel rigidiores, vel laxiores ca-suum arbitrios; adeò ut post tam solemne tum Romanæ, tum Gallicanæ Ecclesiæ judicium, de ea *Censura* dici quodammodo possit, quod de Synodis universalibus dicit Senonense Concilium an. 1528. *Quod si ubi duo vel tres in nomine Domini congregantur, licet sibi ipsis relicti falli possint, continuò tamen in medio eorum sit Dominus, quanto magis ubi summus Pontifex cæterique primores Ecclesiastici conve-niunt, ut Hæresibus pullulanibus occurrant, & Dominicum agrum subortis expurgent Rizaniis:* Quæ duo in hujus censuræ concinnatione intervenierunt, cum ex una parte præcesserit Ecclesiæ Romanæ judicium, ex alia verò Gallicani Patres Latam à Romanis Pontifici-bus sententiam, & suscepérint. & solemniter promulgaverint. Sicut ergo, ut loquitur idem Senonense, *Sancta & inviolabilis est Concilio-rum universalium autoritas, cui quisquis refragatur, hostis fidei jure optimo censeri debet:* Ita, sed inferiori quidem modo, *Sancta & inviolabilis Christianis omnibus & præcipue nobis debet esse Cleri Gallicani Conventus autoritas, cui refragari nefas esset, cui veed acquiescere nemini potest esse inglorium.* Si toto isto opere quid exciderit fidei minus conso-num illud lubens diffiteor & ejuro. Si quid verò minus rectè dictum, monitus sponte emendabo.

Domine Deus une, Deus Trinitas, quæcumque dixi in his libris de tuo, agnoscant & tui si quâ de meo & tu ignosce, & tui, Amen. Aug. lib. 15. de Trinit. cap. 51.

